

E QVOQVE IVVAT VELVT IPSE IN PARTE LABORIS AC PERI
culi fuerum ad finem belli punici peruenisse. Nam & si profiteri ausim pscriptuum
res omnis romanas in partibus singulis tanti operis fatigari minime conueniat ta
men cum in mentem uenit tres & sexaginta annos tot enim sunt a primo punico
ad secundum bellum finitum eque multa uolumina occupasse mihi q̄ occupare
runt quadringenti septuaginta octo anni a condita urbe ad appium claudium cos.
qui primum bellum carthaginensibus intulit iam pudeo animo uelut qui pro
cum litoris uadis indicti mare pedibus ingrediuntur: quicquid progredior in uastiorem me alti
tudinem ac uelut profundam inueni & crescere pene opus quod prima quæq; perficiendo minui
uidebatur. Pacem punicam bellum macedonicum excepit periculo haudquaq̄ comparandum aut
uirtute ducis aut militum robore, claritate regum antiquoq; uetustaq; fama gentis & magnitu
dine imperii quo multam quondam europæ maiorem partem asiæ optinuerant armis, prope no
bilius. Cæterum cœptum bellum aduersus philippum decem ferme ante annis triennio prius de
positum erat cum etoli & belli & pacis finissent causæ. Vacuos deinde pace punica iam romanos
& infensos philippo cum ob infidam aduersus etolos aliosq; regionis eiusdem socios pacem tum ob
auxilia cum pecunia nuper in africa missa hannibali penisq; præceps athenienses quos agro p
uastato in urbem compulerat excitauerunt ad renouandum bellum. Sub idem fere tempus
& ab attalo rege & rhodius legati uenerunt nuntiantes asiæ quoq; ciuitates solicitari. His le
gationibus responsum est curæ eam rem senatui fore. Consultatio de macedonico bello inte
gra ad consules qui tunc in prælio bobis erant reiecta est. Interim ad ptholemæum ægypti
regem legati tres missi. C. claudius nero. M. emilius lepidus. P. sempronius uidiatanus ut &
annuntiarent uictum hannibalem penosq; & gratas agerent regi quod in rebus dubiis cum
finitimi etiam socii romanos desererent in fide mansisse. et peterent ut si coacti inuitus bellū
aduersus philippum suscepissent pristinum animum erga p.r. conseruaret. Eodem fere tempore
p. elius consul in gallia cum audisset a bois ante sinum aduentum incursiones in agros socio
factas duabus legionibus subitarius tumultus eius causa scripsi. addiitq; ad eas quattuor le
gionibus de exercitu suo. c. appium præfectum socium hac tumultuaria manu p umbriam quā
tribum sappiniam uocant agrum boioꝝ inuadere iussit. Ipse eodem apto itinere p montes
duxit. Appius ingressus hostium finis primo populationes satis prospere ac tuto fecit. Dele
cto deinde ad castrum mutilum satis idoneo loco ad demetenda frumenta. iam enim matura erāt
segetes, pfectus neq; explorato circa nec stationibus satis firmis qua armatæ inermis atq; opera
intentos tutaretur positis improuiso impetu gallorum cum frumentatoribus est circumuentus.
Inde pauor fugaq; etiam armatos cepit. ad septemilia hominum palata p segetes sunt cæsa. In
ter quos ipse. c. appius præfectus. ceteri in castra metu compulsi. Inde sine certo duce consen
su militari proxima nocte relicta magna parte rei suaꝝ ad consulem p saltus prope inuios per
uenere. Qui nisi quod populatus est boioꝝ finis & cum incauos ligures fedus fecit nihil qd
usq; memorabile aliud in prouincia cum gessisset romam rediit. Cum primum senatū habuit

6.
P. 63.

b. n. 3

n°. 28 28

Plut. 63.

C. 6.

Conv. soppr. 1810

Pl 63 cod 6

NE QVOQVE IVVAT VELVT IPSE IN PARTE LABORIS AC PERI
culi fuerim ad finem belli punici peruenisse. Nam & si profiteri ausim perscripturum
res omnis romanas in partibus singulis tanti operis fatigari minime conueniat ta
men cum in mentem uenit tres & sexaginta annos tot enim sunt a primo punico
ad secundum bellum finitum. eque multa uolumina occupasse mihi q̄ occupane
runt quadringenti septuaginta octo anni a condita urbe ad appium claudium cos.
qui primum bellum carthaginiensibus intulit. iam pudeo animo uelut qui pro
cum lictoris uadis inducti mare pedibus ingrediuntur. quicquid progredior in uastiorem me alti
tudinem ac uelut profundam molem crescere pene opus quod prima quæq; perficiendo minui
debatur. Pacem punicam bellum macedonicum excepit periculo haudquaq̄ comparandum aut
uirtute ducis aut militum robore, claritate regum antiquoq; uetustaq; fama gentis & magnitu
dine imperii quo multam quondam europæ maiorem partem asiæ optinuerant armis, prope no
bilius. Cæterum cœptum bellum aduersus philippum decem ferme ante annis triennio prius de
positum erat cum etoli & belli & pacis fuissent causæ. Vacuos deinde pace punica iam romanos
& infensos philippo cum ob infidam aduersus etolos aliosq; regionis eiusdem socios pacem tum ob
auxilia cum pecunia nuper in africa missa hannibali penisq; preces athenensium quos agro p
uastato in urbem compulerat excitauerunt ad renouandum bellum. Sub idem fere tempus
& ab attalo rege & rhodius legati uenerunt nuntiantes asiæ quoq; ciuitates solicitari. His le
gationibus responsum est curæ aliam rem senatui fore. Consultatio de macedonico bello inte
gra ad consules qui tunc in prælio bobis erant relecta est. Interim ad ptholemæum ægypti
regem legati tres missi. C. claudius nero. M. emilius lepidus. P. sempronius tuditanus ut &
annuntiarent uictum hannibalem penosq; & gratas agerent regi quod in rebus dubiis cum
finitimi etiam socii romanos desererent in fide mansissæ. et peterent ut si coacti iniurius bellū
aduersus philippum suscepissent pristinum animum erga p.r. conseruaret. Eodem fere tempore
p. elius consul in gallia cum audisset a bois ante suum aduentum incursiones in agros socio⁊
factas duabus legionibus subitarius tumultus eius causa scriptus. additisq; ad eas quattuor le
gionibus de exercitu suo. c. appium prefectum socium hac tumultuaria manu p umbriam quā
tribum sappinam uocant agrum boio⁊ inuadere iussit. Ipse eodem apto itinere p montes
duxit. Appius ingressus hostium finis primo populationes satis prospere ac tuto fecit. Dele
cto deinde ad castrum inuillum satis idoneo loco ad demetenda frumenta. iam enim maturæ erāt
segetes, pfectus neq; exploratio circa nec stationibus satis firmis qua armatæ inermis atq; operi
intentos tutarentur positis improuiso impetu gallo⁊ cum frumentatoribus est circumuentus.
Inde pauor fugaq; etiam armatos cepit. ad septēmilia hominum palata p segetes simul cæsa. In
ter quos ipse. C. appius prefectus. ceteri in castra metu compulsi. Inde sine certo duce consen
su militum proxima nocte relicta magna parte rez suaꝝ ad consulem p saltus prope inuios per
uenere. Qui nisi quod populatus est boio⁊ finis & cum incautis ligusticis fedus fecit nihil qd
usq̄ memorabile aliud in prouincia cum gessisset romam redit. Cum primum senatū habuit

BIBLIOTECA MED. LAUR. FIRENZE

unuersi postulantibus ne quam prius rem quam de philippo sociorq; quæreb⁹ ageret relatum ex cum
plo est. decreuitq; frequens senatus ut .p. ælius consul quem uideretur ei cum imperio mitteret
Qui classe accepta quam ex sicilia. C. octauius reduceret in macedoniam traiceret. M. ualerius le
uinus proconsul .PR. missus circa uibonem duodequadraginta nauibus ab .C. octauio accepit
in macedoniam transmisit. Ad quem cum .M. aurelius legatus uenisset edocuisseq; eum q̄us
exercitus q̄um nauium numerq; comparasset rex & quemadmodum circa omnis non continentis
modo urbes sed etiam insulas parum ipse adeundo parum p legatos concitaret homines ad ar
ma maiore conatu romanis id capessendum bellum esse. Ne cunctantibus is audere philippus
quod pyrrhus prius ausus ex aliq̄to minore regno esset. hæc scribere eadem aurelium consulib⁹
& senatui placuit. Exitu huius anni cum de agris uectigalibus relatum esset qui ductu atq;
auspicio .p. scipionis in africa bellum perfecissent decreuerunt patres ut .M. iunius .pr. urb. sic
uideretur. x. uiros agro sammnio ad puscosq; quod eius publicum publicæ rei esset metiendo diui
dendoq; crearet. Sed creati .P. seruilius .Q. cæcilius metellus cos. & .M. seruili gemini ambobus
cognomen erat. L. & A. hostilius catones. procos. uillius. T. apuleius. M. fuluius flaccus. P. ælius
petus quintius flamininus. Per eos dies procos. æliq consulum comitia habentur creati consules. P.
sulpicius galba. C. aurelius cocta. PR. exinde facti. Q. minucius rufus. Libius furius purpurio. Q.
fuluius gillo. C. sergius plautus. Ludi romani scenici eo anno magnifice apparateq; facti ab ædi
libus curulibus. L. ualerio flacco & T. quintio flamininio biduum instauratum est frumentiq
uum ingentem quod ex africa P. scipio miserat quaternis æris populo cum summa fide &
gratia diuiserunt & plebei ludi ter totu instaurati ab ædil. pl. L. apustio fullone & Q. minutio
rufo qui ex ædilitate .pr. creatus erat. & iouis epulum fuit ludoq; causa. Anno qngentesi
moquadragesimoquinto ab urbe condita. P. sulpicio galba. C. aurelio cos. bellum cum rege philip
po initum est paucis mensibus post pacem carthaginiensibus datam. Omnium primum eam rē
idibus martiis quo die tum consulatus mutabatur. P. sulpicius cos. retulit senatusq; decreuit
ut ii cons. maioribus hostiis rem diuinam facerent quibus dis ipsis uideretur cum præcatione
eo quod senatus .p.q.r. de re.p. deq; meundo nouo bello animo haberet. ea res uti .p.r. soci
isq; ac nomini latino bene ac feliciter eueniret secundum rem diuinam præcationemq; ut de
re.p. deq; pronunciis senatum consulerent. Per eos dies oportunæ irritandis ad bellum animis
& litteræ ab .M. aurelio legato allatæ & .M. ualerio leuino propr. & athenensium noua lega
tio uenit quæ regem appropinquare finibus suis nuntiaret. Breuiq; non agros modo sed urbē
etiam in ditione eius futuram nisi quid in romanis auxilii foret. Cum pnuntiassent consu
les rem diuinam rite pfectam esse & præcationi annuisse deos haruspicem respondere lætaq
exta fuisse & plationem finium uictoriamq; & triumphum portendi. Tum litteræ ualerii
aurelioq; lectæ & legati athenensium auditi. Senatus inde consultum factum est ut socius
gratiæ agerentur quod diu solicitati ne obsidionis quidem metu fide decessissent. De auxilio
mittendo tum respondere placere cum consules prouincias sortiti essent atque is cos. cui mace
donia prouincia euenisset ad populum tulisset ut philippo regi macedonum indiceretur bellū
P. sulpicio prouincia macedonia sorti euenit isq; rogationē promulgauit uellent uiderent pbi

lippo regi macedonibusq; qui sub regno eius essent ob munias armaq; illata socius p.r. bellum indici.
Alteri consulum aurelio italia prouincia obuigit. PR. exinde sortiti sunt. C. sergius plautus urbanam. Q. fuluius gillo siciliam. Q. minutius rufus bructios. Libus furius purpurio gallia
Rogatio de bello macedonico primus comitus ab omnibus ferme centuriis antiquata est. Id cum fessi diuturnitate & grauitate belli sua sponte homines tedio periculoq; laboq; fecerant. tū Q. bebius. tr. pl. uiam antiquam criminandi patres ingressus incusauerat. bella. ex bellis seri ne pace unq̄ finiri plebs posse. Aegre eam rem passi patres laceratusq; probris in senatu. tr. pl. & consulem pro se quisq; hortari ut de integro comitia rogationi ferendæ ediceret castigaretque segnitiem populi atq; edoceret quanto damno dedecoriq; dilatio ea belli futura esset. consul in campo martio comitus priusq̄ centurias in suffragium mitteret comitione aduocata. Ignorare inquit uidemini mihi quirites non utrum bellum an pacem habeatis uos consuli neq; enim libet id uobis philippus permittet qui terra mariq; ingens bellum molitur sed utrum in macedonia legiones transportetis an hostem in italiam accipiatis. Hoc quantum interfit si numq̄ ante alias punico proximo certe bello experti estis. Quis enim dubitat quin si saguntinis obsessis fidemque nostram implorantibus impigre tulissemus opem sicut patres nostri mamertinis tulerant totum in hispaniam auersuri bellum fuerimus. Quod cunctando cum summa clade nostra in italiam accepimus. Ne illud quidem dubium est quin hunc ipsum philippum pactum iam plegatos literasq; cum hannibale in italiam traicere misso cum classe leuno qui ultro ei bellum inferret in macedonia continuerimus. Et quod nunc fecimus cum hostem hannibalem in italiam haberemus id nunc pulso italia hannibale deiectis carthaginiensibus cunctamur facere? Paramur expugnandis athenis sicut saguntо expugnando hannibalem passi sumus segnitiam nostram experiri regem non quinto inde mense quēadmodum ab saguntо hannibal. sed qnto inde die q̄ ab corýncho soluerit naues in italiam perueniet. Ne æquauerimus hannibali philippum nec carthaginiensibus macedonas. Pýrrho certe æquabimus dico q̄tum uel uir uiro uel gens genti praestat. minima accessio semp epirus regno macedoniæ fuit & hodie est. Peloponnesium tota in ditionem philippus habet agrosq; ipsos non uetere fama magis q̄ morte pýrrhi nobilitatos nostra nunc compara q̄tomagis florentem italiam q̄tomagis integras res salius ducibus salius tot exercitibus quos punicum postea bellum absumpsit. aggressus pýrrhus tamen concussit & in ctor prope ad ipsam urbem romanam uenit. Nec tarentini modo oraq; illa italiæ quam maiorem graeciam uocant ut linguam ut nomen secutos crederes. Sed lucanus & bructius & samnis ab nobis defecerunt. Hæc uos si philippus in italiam transmiserit quietura aut mansura in fide creditis? manserunt enim punico postea bello nunq̄ isti populi nisi cum decrit ad quem desciscant ab nobis non deficient. Si piguissæ uos in africam traicere hodie in italia hannibalem & carthaginiensēs hostis haberetis. macedonia potius q̄ italia bellum habeat. hostium urbes agriq; ferro atq; igni uastentur. Experti iam sumus foris nobis q̄ domi feliciora potentioraq; arma esse. Ite in suffragium bene uuannibus duus & quæ patres censuerunt uos iubete. Huius uobis sententiæ non consul modo auctor est sed etiam di ītmortales qui mihi sacrificanti precanti q; ut hoc bellum mihi senatui uobisq; & socius ac nomini latino classibus exercitibusq; nostris

bene ac feliciter euenuret Leta omnia prosperaq portendere . Ab hac oratione in suffragium missi ut rogaret bellum iusserunt . Supplicatio inde á consulibus in triduum ex. s.c. indicta est obsecratiq circa omnia pulunaria diu ut quod bellum cum philippo populus iussisset id bene ac feliciter euenuret . consulnq feciales ab consule sulpitio bellum quod indiceretur regi philippo utrum ipsi unque nuntiari uoluerat an satis esset in finibus regni quod proximum præsidiū esset eo nuntiari feciales decreuerunt utrum eorū fecisse recte factum . Consuli ac patribus permissum ut quem uidereur ex iis qui extra senatum essent legatum mitterē ad bellum regi indicendum . Tum de exercitibus consulum prætorumq actum . consules binas legiones scribere iussi uetereſ dimitterē exercitus . Sulpicio cui nouum ac magnum nominis bellum decretum erat permissum ut de exercitu quem P. scipio ex africa deportasse uoluntarios quos posset duceret unum ne quē militem uetere ducendu iussisse . Prætoribus Lelio furio purpurione &. Q. minucio rufo quina milia socium latini nominis consul darē quibus præsidiū alter galliam alter bructios pouncia obtineret . Q. fuluius gillo ipse iussus ex eo exercitu quem P. eius consul habuisse ut quisque minime multa stipendia haberet legere . donec ē ipse quinq milia socium ac nominis latini esse esset id præsidio siciliæ prouinciæ esset . M . aurelio falconi qui pr. priore anno campaniam prouinciam habuerat prorogatum in annum imperium est uti pro populo romano in sardiniam traiceret . quodq de exercitu qui ibi esset quinq milia socium nominis latini qui eorū minime multa stipendia haberet legeret . Et consules duas urbanas legiones scribere iussi quæ si quo res posceret multis in italia contactis gentibus punica belli societate iraq inde timentibus mitterentur sex legionibus romanis eo anno usura resp. erat . In ipso apparatu belli legati á rege ptholem eo uenerunt qui nuntiarent athenienses aduersus philippum petisse á rege auxilium . Cæterū & si cōmunes socii sint tamen nisi ex auctoritate populi r. neq classem neq exercitum defendendi aut oppugnandi cuiusq̄ causa regem in græciam missurū esse . uel quicquā cum in regno si p.r. socios defendere libeat . uel romanos quiescere si malint passurū atq ipsum auxilia qua facile aduersus philippum uicri athenas possent missurū . Gratiæ regi ab senatu actæ respon sumq tutari socios . p.r. in animo esse . si qua re ad id bellum opus sit indicaturos regi regnique eius opes scire subsidia firma ac fidelia suæ rei.p. esse . Munera deinde legatis in singulos qna milia quinquagina æris ex . s.c. missa . Cum dilectum consules haberent pararentq quæ ad bellū opus essent cuncta religiosa in principiis maxime nouorū bellorū supplicationibus habitis . iam & obsecratione circa omnia pulunaria facta ne quid prætermitteretur quod aliq̄do factū esse ludos iouī donumq uouere consulē cui prouincia macedonia euenisset iussit . Moram uoto publico leuauit pont. max . attulit qui negauit ex incerta pecunia uouere debere si ea pecunia non posse in bellum usui esse . reponiq statum deberet nec cum alia pecunia misceri . Quod si factū esse uotum rite solui non posse . Quamq̄ & res & auctor mouebat tamen ad collegium pontifi cum referre consul iussus si posset recte uotum incertæ pecuniæ suscipi posse rectiusq etiam esse pontifices decreuerunt . Vouit in eadem uerba consul precante maximo pontifice qbus antea quinquēnalia uota suscipi solita erant preter q̄ quod tanta pecunia q̄ram tū cum solueretur senatus censuisse ludos donaq facturum uouit . Octiens ante ludi magni de certa

pecunia uoti erant. hi primi de incerta omnium animis in bellum macedonicum uersis repente
nihil minus eo tempore mentibus gallica tumultus fama exorta. Insubres cenomanique & boi ex
citis helimbis iluatibusq; & ceteris ligustinis populis hamilcare peno duce qui in iis locis de has
drubalis exercitu substiterat placentiam inuaserant. & direpta urbe ac p uram magna ex pte
incensa uix duobus milibus hominum inter incendia ruinasq; relictis traiecto pado ad cremo
nam diripiendam pergunt. Vicinæ urbis audita clades spatium colonis dedit ad claudendas
portas præsidiaq; p muros disponenda ut obsiderentur tamen prius q̃ expugnarentur. nuntios
que mitterent ad.pr. romanum. Iunius furius purpureo tum prouinciæ præerat cetero ex
s.c. exercitu dimisso præter quinq; milia socium ac latini nominis. cum iis copiis in proxima
regione prouinciæ circa ariminū substiterat. Is tum senatui scripsit quo in tumultu prouincia
essẽt. duas q; colonias quæ ingentem illam tempestatem primi belli subterfugissent alteram cap
tam ac direptam ab hostibus alteram oppugnari. Nec in exercitu sine sanis præsidii colonis labo
rantibus fore nisi quinquemilia socium quadraginta milibus hostium tot enim in armis esse truci
danda obicere uelit. & tanta sua clade iam inflatos excidio coloniæ romanæ augeri hostium ani
mos. His literis recitatis decreuerunt ut. c. aurelius consul exercitum eu in æturiam ad conue
niendum diem edixerat arimini eadem die adesse iuberet & ant ipse si p cõmodum rei.p. posset
ad opprimendum gallicum tumultum proficisceretur. aut. q. minuio. pr. scriberet ut cum ad
eum legiones ex æturia uenissent missis inuicem eas q; quinq; milibus socio q; quæ interim ætru
riæ præsidio essent proficisceretur ipse ad coloniam liberandam obsidione. Legatos item muten
dos in africam censuerunt eosdem carthaginem eosdem in numidiam ad masinissam. carthagi
nem ut nuntiarent cuius eos hamilcarem relictum in gallia haud sanis fere ex hasdrubalis
priuis an ex magonis postea exercitu bellum contra fœdus facere. exercitus gallos ligurumq;
excitisse ad arma contra P.R. cum si pax placeret reuocandum illis & dedendum P.R. esse
simul nuntiare ulli perfugas sibi non omnis reddituros esse. ac magnam partem eos palam cartha
ginis obuersari dici quos comprehendi conquiriq; debere ut sibi ex fœdere restituantur. Hæc ad
carthaginienses mandata masinissæ gratulari ulli quod non patrium modo recuperasset regnũ
sed parte florentissima syphacis finium adiecta etiam auxisset. Nuntiare præterea ulli bel
lum cum rege philippo susceptum quod carthaginienses auxilia miserãt munitaq; inferendo
socius P.R. flagrante bello in italia coegissẽt classes. exercitusq; in græciam mitti. et distinendo
copias causa imprimis fuissẽt seruus in africam traiiciendi peterentq; ut ad id bellum mitteret au
xilia numidas equitum. Dona ampla data quæ ferrent regi uasa aurea argenteaq; toga purpu
rea & palmata tunica cum eburneo scipione & toga prætexta cum curuli sella. Iussiq; pollicen
si quid ei ad firmandum augendumq; regnum opus esse indicassẽt enixe id P.R. merito eius pre
staturum. Verumne quoq; syphacis filii legati per eos dies senatum adierunt excusantes errorẽ
adulescentiamq; & culpam omnem in fraudem carthaginensium auertentes & masinissam ro
manis ex hoste amicum factum. Verumnam quoq; admixturum ne officiis in P.R. aut a ma
sinissa aut ab ullo alio uincatur. petere ut rex socius q; & amicus ab senatu appellaretur.
Responsum legatis est & patrem eius syphacem sine causa ex socio & amico hostem repente P.R.

factum & eum ipsum rudimentum adolescentiæ bello lacessentem romanos posuisse . Itaq; pacem illi prius petendam ab .P.R. esse q̃ ut rex socius q; & amicus appelletur . Nominis eius honorem pro magnis erga se regum meritis dare .P.R. consuesse . Legatos romanos in africa fore quibus mandatu4 senatum ut uerminæ pacis dent leges libe4 arbitrium eius .P.R. permittente . si quid ad eas addi demi mutariue uellet rursus ab senatu ea postulandum fore . Legati cum ius mandatus in africam missi . c. terentius uarro lucretius . c. octauius quinqremes singulis datæ . Literæ deinde in senatu recitatæ sunt . q. minucii .PR. cui bructii prouincia erat pecuniam locris ex proserpinæ thesauris nocte clam sublatam nec ad quos pineat facinus uestigia ulla extare . Indigne passus senatus non cessari ab sacrilegis & ne pleminium quidem tam clar4 recens q; noxæ simul ac pœnæ exemplum homines deterrere . C. aurelio consuli negotium datum ut ad bructios scriberet senatui placere quæstionẽ de expilatis thesauris eodem exemplo haberi quo . M. pomponius PR . triennio ante habuisset . Quæ inuenta pecunia essẽ reponi . si quo minus inuentum foret expleri . ac piacularia si uiderentur sicut ante pontifices censuissent fieri . curam expiandæ uiolationis eius templi . prodigia etiam subidem tempus pluribus locis nuntiata accenderunt . In lucanis cælum arsisse afferebant . pruerni sereno p diem totum rubrum solem fuisse . Lanuuii templo sospitæ unonis nocte strepitum ingentem exortum . Iam animalium obscenis fœtus pluribus locis nuntiabantur . In sabinis incertus infans natus masculus an femina esset . Alter sed ecum iam annos item ambiguo sexu inuentus . Frusinone agnus cum simulacro capite . Simuessæ porcus cum capite humano natus . In lucanis in agro publico eculeus cum quinq; pedibus fœda omnia & deformia erraniusq; in alienos fœtus naturæ uisa . Ante omnia abominati semimares utriusq; inmare extemplo deportari . sicut proxime . C. claudio . M. liuio cos . deportatus similis prodigii fœtus erat . nihilominus decemuiros adire libros de portento eo misserunt . Decemuiri ex libris resp. duumuas easdem quæ proximæ secundum id pdigium factæ essent imperarunt . Carmen preterea abter nouenis uirginibus cam p urbem misserunt donumq; unoni reginæ ferri . eam fierent . c. aurelius consul ex uiginti uiros responso curauit . Carmen sicut patrum memoria tuum est ita tum condidit . P. licinius tegula expiatis omnibus religionibus nam etiam locis sacris legum peruestigatarum minucio erat pecuniaq; ex bonis noxiorum in thesauros reposita cum consules in prouincias proficisci uellent priuati frequentes quibus ex pecunia quam . M. ualerio . M. claudio consulibus mutuam dederant tertia pensio debebatur . Eo anno adierunt senatum quia consules cum ad nouum bellum quod magna classe magnisq; exercitibus gerendum esset uix ærarium sufficeret negauerant esse unde nisi in præsentia solueretur . Senatus quæretes eos non sustinuit si in punicum bellum pecunia data in macedonicum quoq; bellum uti resp. uellet alius ex aliis orientibus bellis quid aliud q̃ publica tam probeneficio tanq̃ obnoxiam suã pecuniam fore . cum & priuati æquum postularent nec tamen soluendo ære alieno resp. esset quod medium inter æquum & utile erat decreuerunt . ut quomã magna pars eorum agros uulgo uenales esse diceret & sibimet empti opus esse agri publici qui intra quinquagesimũ lapidem esset copia nisi fieret . Consules agrum extimaturos & in ugera asses uectigales ~~efe~~ testandi causa publicum agrum esse imposituros . ut siquis cum soluere posset populus pecuniam

habere q̄ agrum mallet restitueret agrum populo . Læn eam condicionem priuati accepere tric N
tabulumq . Is ager quia pro tertia parte pecuniæ datus erat appellatus . Tum .P. sulpicius secun
dum uota in capitolio nuncupata paludatus lictoribus pfectus ab urbe brundusium uenit & uete
ribus militibus uoluntarius ex africano exercitu in legiones discriptis nauibus quæ ex classe . c .
cornelii electus altero die quam á brundusio solvit in macedoniam traiecit . Ibi & presto fuere
athenensium legati orantes ut se obsidione eximeret missus extemplo athenas est . c . claudius
centum cum uiginti longis nauibus & militum copius . neq enim ipse rex athenas obsidebat . Eo
maxime tempore abidum oppugnabat iam cum rhodius & attalo nauali bus certaminibus neu
tro feliciter prælio uires experius . sed animos ei faciebat præter ferociam insitam fœdus ictum
cum antiocho syriæ rege duusq iam cum eo ægypti opes . cui morte audita ptholemæi regis
ambo īminebant . Contraxerant autem sibi cum philippo bellum athenienses haud quaquā
digna causa dum ex uetere fortuna nihil præter animos seruant . Acarnanes duo iuuenes
per initios dies non inmani templum cereris imprudentes religionis cum cætera turba ingressi
sunt . facile eos sermo prodidit absurde quædam percontatos deductiq ad antistites templi
cum palam essæ per errorem ingressos tanq̄ ob infandum scelus interfecti sunt . Id tam fœde
atq hostiliter gens acarnanum factum ad philippum detulit . impetrauitq ab eo ut darus
macedonum auxilius bellum se inferre athenensibus pateretur . Hic exercitus primo terrā
atticam ferro igniq depopulatus cum omnis generis præda in acarniam redit & irritatio
finem animos ea prima fuit postea iustum bellum decretus ciuitatis ultro in dicendo factū .
Attalus enim rex rhodiq persecuti cedentem in macedoniam philippum cum æginam uenissēt
rex pireum renouandæ firmandæq cum athenensibus societatis causa traiecit . Ciuitas
omnis obuiam effusa cum coniugibus ac liberis sacerdotes insignibus suis intrantes urbes ea
dem prope ipsi excitu sedibus suis acceperunt . In contionem extemplo populus uocatus ut rex
quæ uellet coram ageret . deinde ex dignitate magis uisum scribere eum de quibus uideret
quam præsentem aut referendis suis in ciuitatē beneficiis erubescere . aut significationibus
acclamationibusq multitudinis assentatione īmodica pudorem onerantis . In literis autē
quæ missæ in contionem recitateq sunt cōmemoratio erat beneficiorum primum in ciuitatē
suam deinde regis quas aduersus philippum gessissæ . ad postremum adhortatio capessendi bel
lū . dum se dum rhodios tum quidem dum etiam romanos haberent . nequicq̄ postea si tum
cessassent prætermissas occasiones quæsituros . Rhodii deinde legati auditi sunt quoru recens
erat beneficium quod naues longas iiii athenensium captas nuper ab macedonibus recupera
tas q remiserant . Itaq ingenti consensu bellum aduersus philippum decretum . honores regi
primum attalo immodici deinde & rhodius habiti . tum primum mensis illata de tribu quā
attalidam appellarent . ad decem ueteres tribus addenda & rhodiorum populus corona aurea ut
tunc grata donatus ciuitasq rhodius data quemadmodum rhodii pruis athenensibus dederāt
Secundum hæc rex attalus æginam ad classem se recipit . rhodii etiam ab egina inde p insulas
rhodum naugarunt omnibus præter andrum pharumq & cynium quæ præsidius macedonū
tenebantur in societate accepius . Attalum æginæ missi in ætoliam nuntii expectanq inde le

gau aliq̄du nihil agentem tenuere. & neq; illos excire ad arma potuit gaudentes utcunq;
composita cum philippo pace & ipse rhodiq; cum si institissent philippo egregium liberat& p
se græciæ ritulum habere potuissent patiendo rursus eum in hellespontum traicere occupa
req; græciæ oportuna loca uires colligere. bellum aluere. gloriamq; euis gesti perfectiq; roma
ni concesserunt. Philippus magis regio animo est usus qui cum attalum rhodiosq; hostis non
sustinuisse ne romano quidem quod imminebat bello territus philocle quodam ex præfectis
suis cum duobus milibus peditum. e quibus. cc. ad populandos athenensium agros misso classe
tradita heraclidi ut maroneam peteret. Ipse terra eodem cum expeditis duobus milibus peditū
equitibus. cc. pergit. et maroneam quidem primo impetu expugnauit. aenum inde cum ma
gno labore. postremo p prodition̄e gallimedis præfecti ptholemei cepit. deincepsq; alia castella cap
sella & doriscon & serrheum occupat. Inde progressus ad chersonesum eleunta & alope connes
sum tradentibus ipsis recipit. gallipolis quoq; & mandocus dedita & castella quædam ignobilia
Abidem ne legatis admissis regi portas clauserunt ea oppugnatio diu philippum tenuit eripiq;
ex obsidione ni cessatum ab attalo & rhodiis foret potuerunt. Attalus. ccc. tantum milites in
presidium rhodii quadriremē unam ex classe cum ad venedum starent miserunt. Eodem
postea cum iam nox sustineret obsidionem & ipse attalus cum traiecisset spem tantum auxi
lii ex propinquo ostendit neq; terra neq; mari aditus socius. Abidem primo tormentis per
muros dispositis non terra modo ademptis aditu arcebant sed nauium quoq; stationes infestas
hosti faciebant. Postea cum & muri pars strata ruinis & ad interiorem raptim oppositum mu
rum cuniculis iam puentum esset legatos ad regem de conditionibus tradendæ urbis miserunt
Pacisscebantur autem ut rhodiam quadriremem cum sociis naualibus attaliq; præsidium emitti
ceret atq; ipsis urbe excedere cum singulis uestimentis. Quibus cum philippus nihil pacati nisi
omnia promittentibus responderent adeo renuntiata hæc legatio ad indignationē simul ac de
speration̄e iram accendit ut ad saguntinam rabiem uersi matronas omnes in templo dianæ
puerosq; ingenuos uirginesq; tum etiam infantes cum suis nutricibus in gymnasium includi
iuberent. auri & argentum in foru deferri uestem præciosam in naues rhodiam cyzicenamq; quæ
in portu erant comici sacerdotes uictimasq; adduci & altaria in medio poni. Ibi delecti primum
qui ubi cæsam aciem suoru pro diruto muro pugnantem audisset extemplo coniuges liberosq;
interficerent. aurum & argentum uestemq; quæ in nauibus esset in mare deicerent tectis
publicis priuatisq; q̄plurimis locis possent ignes subiicerent & se facinus perpetraturos precium
bus & execrabile carmen sacerdotibus ureuntando adacti. Tum militaris ætas uirare neminē
uiuum nisi uictorem acie excessurum. In memores deoru adeo pinaciter pugnauerunt
ut cum prælium nox diremisset rex prior territus rabie eoru pugna abstinerit. Princi
pes quibus atrocior pars facinoris delegata erat cum paucos & confectos uulneribus ac lassitudi
ne superesse prælio cernerent luce prima sacerdotes cum infulis ad urbem dedendam philippo
mittunt. Ante deditionē ex is legatis romanis qui alexandriam missi erant. M. æmilius
trium consensu minimus natu audita obsidione abidenoru ad philippum uenit qui quæstus
attalo rhodiisq; arma illata & quod tum maxime abidum oppugnaret cum rex ab attalo

ærhodus ultro se bello lacessitum diceret. num abidem quoq; inquit ultro tibi intulerunt arma?
Insueto uera audire ferocior oratio usa est q̄ quæ habenda apud regem esset. ætas inquit & forma & super omnia romanū nomen te ferociorem facit. Ego autem primum uelim uos fædere memores seruare mecum pacem. si bello lacessitus mihi quoq; animo est facere & regnū & macedonum nomen haud minus q̄ romanum nobile bello fecerit. Ita dimisso legato philippus auro argentoq; quæ coacervata erant accepto hominum prædam omnem amisit. Tanta enim rabies multitudinē invasit ut repente proditos ran qui pugnantes mortem occubuissent peruerumq; alius alii exprobrantes & sacerdotibus maxime qui quos ad mortem devovissent eorū deditionem vivorū hosti fecissent repente omnes ad cædem coniugum liberorumq; discurrerent seq; ipsi p omnes uias leti interficerent. Obstupefactus eo furore rex suppressit impetum militum & triduum se ad moriendum abydenis dare dixit. pro quo spatio plura facinora in se mets ediderunt q̄ in hostes edidissent victores. nec nisi quem uincula aut alia necessitas morī prohibuit quisq̄ vivus in potestatem venit. philippus imposito abydi præsidio in regnum rediit.
Cum audit sagunti excidium hannibali sic philippo abydenorū dadesq; ad romanū bellum animos fecisse nunti occurrerunt consulem iam in epiro esse & apolloniam terrestres copias navalis corcyram in hiberna deduxisse. Inter hæc legati qui in africam missi erant de hamilcare gallica exercitus duce responsum a carthaginiensibus est nihil ultra se facere posse q̄ ut exulio cum vastaret bonaq; eius publicarent. Perfugas & fugitivos quos inquirendo vestigare potuerunt reddidisse & de ea re missuros legatos romam qui senatui satisfacerent. cc. milia modium tritici romam ducenta ad exercitum in macedoniam miserunt. Inde in numidiam ad regem pfecti legati dona data masinissæ mandataq; edita equites. xx. numidæ cum. cxx. darent accepti. Ipse in naves imponendos curauit & cum ducentis milibus modium tritici ducentis hordei in macedoniam misit. Tertia legatio ad verminam erat. Is ad primos finis regni legatus obuiam pgressus ut scriberent ipsi quas uellent pacis condiciones pmisit. omnem pacem bonam iustamq; fore sibi cum. P. R. data leges pacis iussitq; ad eam confirmandam mittere legatos romam. Per idem tempus. L. cornelius lentulus pconsul ex hispania rediit qui cum in senatu res ab se p multos annos fortiter feliciterq; gestas exposuisset postulasseq; ut triumphanti sibi mœnia liceret in urbem. Res triumpho dignas esse censebat senatus. sed exemplum maioribus non accepisse ut qui neq; dictator neq; consul neq; pr. res gessisset triumpharet. pconsulem illum hispaniā pinciam non consulem aut pretorem obtinuisse. Decurrebatur tamen eo ut ouans urbem iniret intercedente. T. sempronio longo. tr. pl. qui nihilo magis id more maiorū aut ullo exemplo futurum diceret.
Postremo uictus consensu patrum tribunus cessit & ex. S. c. L. lentulus ouans urbem est ingressus. Argenti tulit ex præda quadragintatria milia p̄ auri. xxx. cccc. L. milibus ex præda. cxx. asses dimisit. Iam exercitus consularis ab arretio ariminum transductus erat & quinq; milia socium latini nominis ex gallia in etruriam transierant. Itaq; L. furius magnis itineribus ab ariminо aduersus gallos cremonam tum obsidentes profectus castra. xx. passuum inter ullo ab hoste posuit. Occasio egregiæ rei gerendæ fuit. si protinus de uia ad castra oppugnāda duxisset palati passim uagabantur p agros nullo satis firmo relicto præsidio lassitudini militum ti

muit quod raptum ductum agmen erat. Galli clamore suoꝝ ex agris reuocati omissa preda
quæ in manibus erat castra repetuere & postero die in aciem progressi nec romanus morā
pugnandi fecit sed uix spatium instruendi fuit. eo cursu hostes in prælium uenerunt. Dex
tra ala quæ in alas diuisum socialem exercitum habebat in prima acie locata est in subsidiis
duæ romanæ legiones. M. furius dextræ alæ legionibus. M. cæcilius equitibus. L. ualerius
flaccus legati omnes erant præpositi. prætor secum duos legatos. C. Letorium & P. uitruuium
habebat cum quibus circumspicere & obire ad omnis hostium subitos conatus posset. Primo
galli omni multitudine in unum locum cōmixti obruere atq; obterere sese dextram alam
quæ prima erat speraruit posse. Vbi id parum procedebat circumire a cornibus & amplecti
hostium aciem quod in multitudine aduersus paucos facile uidebatur conati sunt. Id ubi
uidit pr. & ut ipse dilataret aciem duas legiones ex subsidiis dextra leuaq; alæ quæ in pri
ma acie pugnabat circumdat. eademq; deo iuuante uouit si eo die hostis fudisset. L. ualerio im
perat ut parte duarū legionum equites altera socioꝝ equitatum in cornua hostium emittat
nec circumire eos aciem patiatur. simul & ipse ut extenuatam mediam deductis cornibus acie
gallos uidit signa inferre confertos milites & prumpere ordines iubet & cornua ab equitib
& medii a pedite pulsi ac repente cum in omni parte cæde ingenti sternerentur galli terga
uerterunt fugaq; effusa repetunt castra. Fugientes persecutus eques mox & legiones insecute
in castra impetum fecerunt. minus sex milia hominum inde effugerunt. cæsa autē capta
supra quinq; & .xxxx. cum signis militaribus. lxx. carpentis gallicis multa præda oneratis plus
ducentis hamilcar dux pœnus eo prælio cecidit & tres imp. nobiles gallos. Placentum cap
tum ad duomilia liberoꝝ capitum reddita colonis. magna uictoria lætaq; romæ fuit lite
ris allatis supplicatio in triduum decreta est. Romanoꝝ socioꝝq; ad duomilia eo prælio
ceciderunt. Plurimi dextræ alæ in quam primo impetu uis hostium ingens illata est q̄q̄
per. pr. prope debellatum erat. consul quoq; C. aurelius perfectis quæ romæ agenda fuerāt
profectus in galliam uictorem exercitum a prætore accepit. Consul alter cum autumno
ferme exacto in prouinciam uenisset circa apolloniam hibernabat ab classe quæ corcyræ
subducta erat. consul claudius triremesq; romanæ sicut ante dictum est athenis missæ cū
pireum peruenissent disponentibus iam animos socius spem ingentem attulerat. Nam &
terrestris ab corynthо quæ per megara incursiones in agros fieri solitæ erant non fiebant
& predonum a calchide naues quæ non mare solum infestum sed etiam omnis maritimos
agros athenensibus fecerant nonmodo suum superare sed ne extra fretum euripi cōmit
tere se aperto mari audebant. Superuenerunt iis tres rhodiæ quadriremes & erant am
ce tres apertæ naues ad tuendos maritimos agros comparatæ. hac classe si urbs agriq; athe
niensium defenderentur satis in præsentia existimanti claudio esse maioris etiam rei fortuna
oblata est. Exules ab calchide regioꝝ uiuriis pulsi simulerunt occupari calchidem sine cer
tamine ullo posse: nam & macedonas quia nullus in propinquo sit hostium metus uagari
passim & opidanos præsidio macedonum fretos custodiam urbis negligere. His auctoribus
profectus quamq̄ summum ira maturre peruenerat ut inde pueri ad primas angustias cubo

ee posse ne superato promuntorio conspiceretur classem instationē usq; ad noctem tenuit. Pri
mis tenebris monuit & tranquillo puectus calchidem paulo ante lucem qua infrequentissima
urbis sunt paucis militibus turrim proximam murumq; circa scalis cepit alibi sopitis custo
dibus alibi nullo custodiente. Progressi inde ad frequentia edificiis loca custodibus interfectis
refractaq; porta ceteram multitudinem armatorū acceperunt. Inde in totam urbem dis
cursum est aucto etiam tumultu quod circa forum ignis rectis inectus erat. cōflagrarunt &
horrea regia & armamentariū cum ingenti apparatu machinarū tormentorūq;. Cedes inde
passim fugientium pariter ac repugnantium fieri cepta est. nec ullo iam qui militaris ætatis
esset non aut cæso aut fugato. sopatro etiam acarnanæ prefecto præsidii interfecto. Preda
omnis in forum collata deinde in naues imposita. carcer etiam ab rhodiis refractis emissiq;
captiui quos philippus tanq̄ in tutissimam custodiam conduderat. Statuis inde regis deiectis
truncatisq; signo receptui dato conscenderunt naues & pireum unde profecti erant redierunt
Quod si tantum militum romanorū fuisset ut & calchis teneri & non deseri presidium athenarū
potuisset magna res principio statim belli calchis & euripus adempta regi forent. Nam ut ter
ra thermopylarū angustiæ græciam ita mari freuum euripi claudit. Demetriade tum philip
pus erat quo cum esset nunciata cladis sociæ urbis quamq̄ serum auxilium perditis erat ta
men quæ proxima auxilio est ultionem petens cum expeditis quinq; milibus peditum & .ccc.
equitibus extemplo profectus cursu prope calchidem contendit haud quaq̄ dubius opprimi ro
manos posse. A qua destitutus spe nequicq̄ aliud q̄ ad deforme spectaculum semirutæ ac fumā
tis sociæ urbis cum uenisset paucis uix qui sepelirent bello absumptos relictis æque raptum
ac uenerat transgressus ponte euripum pboetiam athenas ducit. pari in cepto haud dispa
rem euentum ratus responsuꝝ. Et respondisset ni speculator hemerodromas uocant græci in
gens die uno cursu emetiens spatium contemplatus regum agmen ex specula quadam pro
gressus nocte media athenas peruenisset. Idem ibi somnus cademq; negligentia erat quæ
calchidem dies ante paucos pdiderat. excitati nuncio trepido & .PR. atheniensium & di
oxippus præfectus cohortis mercede militantium auxiliorū. conuocatis in foꝝ militibus tuba
signum ex arce dari iubet ut hostico adesse omnes scirent. Ira undiq; ad portas post ad
muros discurrunt. Paucas post horas philippus aliq̄to tamen ante lucem appropinquans urbi
conspectis luminibus crebris & fremitibus hominum trepidantium. ut in tali tumultu excau
dito sustinuit signa & considere ac conquiescere agmen iussit. in aperta propalam usurus
quando parum dolus profuerat ab dipilo accessit. Porta ea uelut in ore urbis posita maior ali
quanto potentiorq; q̄ cæteræ est & intra eam extraq; latæ uiæ sunt ut & opidani dirigere
aciem a foro ad portam possent & extra limes mille ferme passus in academiæ gymnasium fe
rens. pedum equitumq; hostium liberum spatium preberent. eo limite atheniensis cum aliis præ
sidio & coborte dioxippi acie intra portam instructa signa extulerunt. Quod ubi philip
pus uidit habere se hostis in potestate ratus & diu optata cede neque enim ulli græcarū ci
uitatum infestior erat expleturum. cohortatus milites ut se inuentes pugnarent. scientes
ibi signa ibi aciem esse debere ubi rex esset. concitat in hostes equum non ira tantum sed etiā

gloria elatus quod ingenti turba completus etiam ad spectaculum muris conspica se pugnan
tem egregium ducebat . Aliquantum ante aciem cum equitibus paucis euectus in medios
hostis ingentem cum suus ardorem tum pauorem hostibus iniecit . plurimos manu sua comminus
eminusq; uulneratos compulsosq; in portam consecutus & ipse cum maiorem in angustiis trepi
dantium edidisset caedem in temerario incepto tutum tamen receptum habuit quia qui in tur
ribus portae erant sustinebant tela ne in promixtos hostibus suos coicerent . Intra muros deinde
tenentibus milites athenienſibus philippus signo receptui dato castra ad cynosarges templum her
culis gymnasiumq; & lucus erat circumiectus posuit . Sed & cynosarges & lucum & quicquid
sancti amenive circa urbem erat incensum est : diruitaq; non tecta solum sed etiam sepulchra
Nec diuum humanue iuris quicq̃ preemporetica est seruatum . Postero die cum primo clau
se fuissent portae : deinde subito apertae qua praesidium attali ab egina romanique ab pyreo
intrauerant urbem castra ab urbe retulit rex tria ferme milia passuum . Inde eleusinam pro
fectus spe improuiso templi castelliq; quod & imminet & circumdatum est templo capiendi . cum
haud quaq̃ neglectas custodias animaduertisset & classem a pyreo subsidio uenire omisso incepto
megara ac protinus corynthum ducit . et cum argis acheos concilium esse audissent inopinam
bus acheis contioni ipsi supuenit . Consultabant de bello aduersus nabim tyrannum lacedemo
nios qui translato imperio a philippemene ad cicladem nequaq̃ parem illi ducem dilapsa cernes
acheos auxilia redintegrauerat bellum agrosq; finitimos uastabat etiam urbibus quoq; erat
terribilis . Aduersus hunc hostem cum q̃tum ex quaq; ciuitate militum scriberetur consultaret
philippus dempturum se eis curam quod ad nabim & lacedemonios attineret pollicitus nec tan
tum agros socios populationibus prohibiturum sed terrorem omnem belli in ipsam laconicam du
cto eo extemplo exercitu translaturum . haec oratio cum ingenti assensu hominum accipereturr
ita tamen aequum est inquit me uestra mei armis tutari ne mea interim nudentur praesidia
Itaq; si uobis uidetur tantum parate militum q̃tum ad horeum & calchidem & corynthi tuenda
sint satis sint . ut mei ab tergo tuti securi bellum nauali inferam & lacedemoniis . Non fefellit acheos
quo spectasset tam benigna pollicitatio . auxiliumq; oblatum aduersus lacedemonios id quaeri ut
obsidem acheos urbem tuendi educeret ex peloponneso ad illigandam romano bello gentem . & id
quidem coarguere cichadas praetor acheos nihil attinere ratus . id modo cum dixisset non licere
legibus acheos de aliis rebus referre q̃ propter quas conuocati essent decreto de exercitu paran
do aduersus nabim facto concilium forniter ac libere habitum dimisit . Interim ad senatores re
gios ante eam diem habitus philippus magna spe depulsus paucis uoluntariis militibus conscriptis
corynthum atq; in atticam terram redit . Per eos ipsos dies quibus philippus in achaia fuit philocles
praefectus regius ex euboea profectus cum duobus milibus tractum macedonumq; ad depopulandos
athenienſium fines regione eleusinis salum cytheronis transcendit . Inde dimidia parte militum ad
praedandum passim pagos dimissa cum parte ipse occultus loco ad insidias oportuno consedit . ut si ex
castello ab eleusine in praedantis suos impetus fieret repente hostis effusos ex improuiso adorirentur
non fefellere insidiae . Itaq; reuocatis qui discurrerant ad praedandum militibus instructisq; ad op
pugnandum castellum eleusinem profectus cum multis uulneribus inde recessit philippoq; se uen

ertu ex achaia conuinxit. Tentata á ab ipso rege oppugnatio euisdem castelli est. sed naues ro manæ ab pireo uenientes intromissumq; præsidium absistere incepto coegerunt. Diuiso dein de exercitu rex cum parte philoclem athenas mittit cum parte pyreum pergit ut dum philo cles subeundo muro cõminanda oppugnatione contineret urbes athenienses ipsi pyreum leu cum præsidio relictum expugnandi facultas esset. Cæterum nihilo ei pyrei q̃ eleusinis faciliorí iisdem fere defendentibus oppugnatio fuit á pireo athenas repente duxit. Inde eruptione subita pediuum equitumq; inter angustias semiruti muri qui brachia duobus pireum athenis iungit repulsis omissa oppugnatione urbis diuiso cum philocle rursus exercitu ad agros uastandos profectus cum priorem populationem sepulchris circa urbem diruendis exercuisset ne quid in uiolatum relinqueret templa deum quæ pagatim sacrata habebant diruit atq; incendi iussit. Et ornata eo genere operis eximie terra antica á copia domestici marmoris á ingenuis artificum prebuit. huic furori materiam neq; enim diruere modo ipsa templa ac simulacra euertere satis habuit. sed lapides quoq; ne integri cumularent ruinas frangi iussit. Et postq̃ non tam ira saciata q̃ iræ exercendæ materia deerat agro hostium in boeotiam excessit. nec aliud quicq̃ di gnum memoria in græcia egit. C. sulpicius eo tempore inter apolloniam ad durrachium ad thartum flumen habebat castra quo accersitum T. apustium legatum cum parte copiarum ad depopulandos hostium fines mittit. Apustius extrema macedoniæ populatus corbago á ger runio á orgesso castellis primo impetu capit ad antipatream in faucibus angustis sitam urbẽ uenit. ac primo euocatos principes ad colloquium ut fidei romanorum se cõmitterent pellicere est conatus. Deinde ubi magnitudine ac mœnibus situq; urbis freti dicta aspnabantur ui atq; armis adortus expugnauit puberibusq; interfectis præda omnibus militibus concessa diruit mu ros atq; urbem incendit. hic metus codrionem satis ualidum á munitum oppidum sine certami ne ut dederetur romanis effecit. Ibi præsidio relicto nidus nomen propter alteram in asia ur bem quam oppidum notius in capitur. Reuertentẽ legatum ad consulem cum satis magna præ da athenagoras quidam regius præfectus in transitu fluminis á nouissimo agmine adortus postremos turbauit. Ad quorum clamorem á trepidationem cum reuectus equo propere legatus signa conuertisset comitibus in medio sarcinis aciem direxisse á non tulere impetum romanorum mi litum regii. Multi ex iis occisi plures capti. legatus incolumi reducto exercitu ad consulem re mittitur. inde extemplo ad classem. Nec satis felici expeditione bello cõmisso regibus ac princi pes accolæ macedonum in castra romana uenerunt. Pleuratus scerdilæi filius á amindas er atha manum rex á ex dardanis bato longari filius bellum suo nomine longarus cum demetrio philip pi patre gesserat. Pollicentibus auxilia respondit consul dardanorum á pleurati opera cum exercitũ in macedoniam inducere se usurum. aminandro ætholos concitandos attribuit ad bellum.

Attali legatis nam ii quoq; id tempus uenerant mandat ut ægine rex ubi hibernabat classem ro manam opperiretur qua adiuncta bello maritimo sicut ante philippum urgeret. ad rhodios quo que missi legati ut capesserent partem belli. Nec philippus segnius iam enim in macedoniam peuenerat apparabat bellum. Filium psea puerum admodum datis ex amicorum numero qui ætatem eius regerent cum parte copiarum ad obsidendas angustias quæ ad pelagoniã sunt mit

ut scaathum & peperethum haud ignobiles urbes ne classi hostium prædæ ac præmio essent diruit
Ad ætholos mittit legatos ne gens inquieta aduersus romanos fidem mutaret. concilium æthe
lor statuta die quod pana ætholum uocant futurum erat. huc ut occurrerent & regis legan
tes accelerarunt & á consule missus lelius rufus purpurio legatus uenit. Athenensium quoq;
legati ad id concilium occurrerunt. primi macedones cum quibus recentissimum fedus erat au
diti sunt. Qui nulla nouare sibi se non habere quod afferrent dixerunt. quibus enim de
causis experta mutui societate romana pace cum philippo fecissent. compositam semel pacē
seruare eos debere. An minitari inquit unus ex legatis romanis licentiam an lenitatem dica
mus tis? Qui cum legatis uestris romæ respondere ita ussissent. quid ad nos uenistis ætholi
sine quorum auctoritate pacem cum philippo fecistis. Idem nunc ut bellum secum aduersus phi
lippum geratis postulant. & antea propter uos & pro uobis arma simpta aduersus eum simu
labant. nunc uos in pace esse cum philippo prohibent. Messanæ ut auxilio essent primo in si
ciliam conscenderunt rursum ut syracusas oppressas ab carthaginensibus in libertatē eximerent
& messanam & syracusas & totam siciliam ipsi habent uectigalemq; prouinciam securibus &
fascibus subiecerunt. Scilicet sicut uos nunquam legibus uestris p magistratus á uobis creatos con
cilium habentis socium hostemq; libere quem uelitis lecturi. pacem ac bellum arbitrio habituri ue
stro. Sic siculorum ciuitatibus syracusas aut messanam aut lylibeum indicitur concilium popu
romani. Romanus conuentus agit. eo imperio euocati conueniunt excelso in suggestu supba
ra reddente stipatum uictoribus uident. uirgæ tergo secures cernicibus imminent & quot
annis alium atq; alium dominum sortiuntur. Nec id mirari debent aut possint cum italiæ
urbes regum tarentum capuamue finitimas quarum ruinis creuit urbs romana eiusdem sub
iectas uideant imperio. Capua quidem sepulchrum ac monumentum campani populi clari
& exortæ excito ipso populo superest urbs truncata sine senatu sine plebe sine magistratibus
prodigium relicta crudelius habitanda q̄ si derelicta foret. Furor est si alienigenæ homines
plus lingua & moribus & legibus q̄ maris terrarumq; spatio diuersi hæc tenuerint sperare qcq̄
eodem statu mansurum. Philippi regnum officere aliquid uidetur libertati uestræ qui cum
merito uestro nobis infestus esset nihil á nobis ultra q̄ pacem petit fidemq; hodie pacis pactæ
desiderat. Assuefacite iis terris legiones externas & regum accipere sero ac nequicq̄ cum do
minum romanum habebitis socium philippum quæretis. ætholos acarnanas macedonas eius
dem linguæ homines leues ad tempus ortæ causæ disiungunt coniungunt; cum alienigenis
cum barbaris æternum omnibus græcis bellum est erit q̄. Natura enim quæ perpetua est non
mutabilibus in diem causis hostes sunt. sed unde cepit oratio mea ibi desinet. Hoc eodem lo
co iidem homines de eiusdem philippi pace triennio ante decreuistis. iisdem improbantibus
eam pacem romanis qui nunc pactam & compositam turbare nolunt. In qua consultatione
nihil fortuna mutauit. cur uos mutetis non uideo. Secundum macedonas ipsis romanis ita
concedentibus uiuentibusq; athenienses qui fœda passi iustius incredulitatem seuitiamq; re
gis multo poterant introducti sunt. Deplorauerunt uastationem populationemq; misera
bilem agrorum. neq; id sequeri quod hostilia ab hoste passi forent. Esse enim quædam belli in

ra quæ ut facere ita pati sit fas. sata exuri diru recta. predas hominum pecoq; agi misera magis
q̄ indigna patienti esse. Verum enimū id se queri quod is qui romanos alienigenas & barbaros no
cet adeo omnia simul diuina humanaq; iura polluerit ut priore populatione cum infernus diis
secunda cum superis bellum nefarium gesserit. Omnia sepulchra monumentaq; diruta esse in si
nibus suis omnium nudatos manes nullius ossa terra tegi. delubra ibi fuisse que quondam paga
tim habitantes in paruis illis castellis uicisq; consecrata. ne in unam urbem quidem contribu
tos sua deserta dereliquerint. Circa ea omnia templa philippum infestos circumtulisse igne
semusta truncata simulacra deum inter prostratos iacere postes temploq; qualem terram amicā
fecerit exornatam quondam opulentamq; talem cum si liceat ætoliam græciamq; omnem fa
ctorum. Vrbis quoq; suæ similem deformitatem futuram fuisse nisi romani subuenissent. eodē
enim scelere urbem colentis deos præsidemq; arcis mineruam petitam. eodem eleusinæ cereris tem
pli. eodem pyrei onem mineruamq; sed ab eoq; non templis modo sed etiam menibus ui atq; ar
mis repulsum in ea delubra quæ sola religione tuta fuerunt sedisse. Itaq; se orare atq; obsecrare
ætholos uti misereri athenienſium diuis dis īmortalibus deinde romanis qui secundum deos
plurimum possint bellum susciperent. Tum romanus legatus totam orationis meæ formam
macedones primum deinde athenienses mutarunt. Nam & macedones cum ad conquerendas
philippi iniurias in tot socias nobis urbes uenissent ultro accusando romanos defensionē aut
accusatione potiorem haberem effecerunt. et athenienses idoneos inferos superosq; nefanda
atq; inhumana scelera eius referendo quid mihi aut cui q̄ reliquerunt quod obiicere ultra
possim? Eadem echinos. abidenos. eneos. maronitas. thasios. pharios. samios. lanſenses. messe
nios. hinc ex achaia existimare queri grauiora etiam acerbioraq; eos quibus nocendi mai
rem facultatē habuit. Nam quod ad ea attinet quæ nobis obiecit nisi gloria digna sunt
fateor ea defendi non posse. Regium & capuam & syracusas nobis obiecit. Regium pyrri
bello legio a nobis regimis ipsis ut mitteretur orantibus in præsidium missam urbem ad quā
defendendam missa erat p scelus possedit. Comprobauimus ergo id facimus an bello persecu?
sceleratam legionem in potestatē nostram redactam. tergo & cruciabus pœnas socius pende
cum coegissemus urbem agros suaq; omnia cum libertatem legibusq; regimis reddidimus
syracusanis oppressis ab externis tyrannis quo indignius esset cum tulissemus opem & fati
gati prope p triennium terra mariq; urbe munitissima oppugnanda essemus. cum iam ipsi
syracusani seruire tyrannis q̄ capi a nobis mallent. Captam isdem armis & liberatam urbē
reddidimus neq; inficias imus siciliam prouinciam nostram esse & ciuitates quas in parte
carthaginiensium fuerunt & uno animo aduersus nos cum illis bellum gesserunt. Superbi
dias nobis ac uectigalias esse. quin contra hoc & uos & omnes gentes scire uolumus pro
merito cuiq; erga nos fortunam esse. An campanoq; pœnæ de qua neq; ipsi quidem queri
possint nos pepercimus? In homines cum probis bellum aduersus samnites p annos prope sep
tuaginta cum magnis nostris cladibus gessissemus ipsos fedère primum deinde cōnubio atq;
inde cognationibus postremo ciuitate nobis conuinxissemus tempore nostro aduerso primi
omnium italiæ populoq; præsidio nostro fede interfecto ad hannibalem defecerunt. deinde

indignan se obsideri á nobis hannibalem ad oppugnandam romam miserunt. Hoc sineq; urbi ipsi neq; homo quisq; superesse quis id durius q; pro merito ipsoꝝ stammum indignari posset? Pluresq; sibi metipsi conscientia scelerꝝ mortem consciuerunt q; ab nobis supplicio affecti sunt. Ceteris uta oppidum uta agros ademimus ut agrum locumq; ad habitandum daremus urbem innoxiam stare incolumem pateretur. ut qui hodie uideat eam nullum oppugnasse capiue ibi uestigium inueniat. Sed quid ego capiam dico? cum carthagini uictæ pacem ac libertatem dederimus? magis illud est periculum ne nimis facile uictis ignoscendo pluresq; ob idipsum ad experiundam aduersus nos fortunam belli incitemus. Hæc pro nobis dicta sunt. hæc Aduersus philippum cuius domestica parricidia & cognatoꝝ amicoꝝq; cædes & libidinem inhumaniore ꝑpe q; crudelitatem. Vos quo propiores macedoniæ estis melius nostis, quod ad uos attinet ætholi nos pro uobis bellum suscepimus? aduersus philippum cuius domestica parricidia, sine nobis cum eo pacem fecistis & forsitan dicatis bello punico occupatis nobis coactos metu uos leges pacis abeo qui tum plus poterat accepisse & nos cum alia maiora urgerent depositum á uobis bellum & ipsi omisimus.
Nunc & nos deum benignitate punico perfecto bello totis uiribus nostris in macedoniam incumbimus & uobis restituendi uos in amicitiam societatemq; nostram fortuna oblata est nisi perire cum philippo q; uinci cum romanis mauultis. hæc dicta á romano cum essent inclinatis omnium animis ad romanos damocritus. pr. ætholoꝝ pecunia ut fama est ab rege accepta nihil aut hinc aut illi parti assensus rem magni discriminis consilius nullam esse tam inimicam dixit q; celeritatem dixit
Cederem eam penitentiam sed tandem seram atq; inutilem sequi cum præcipitata raptim consilia neq; reuocari neq; in integrum restitui possint. Deliberationis autem cuius cuius ipse maturitatem expectandam putaret tempus uta iam nunc statui posse cum legibus earum esset ne de pace belloue nisi in panætolico & pyrea concilio agerentur decernerent. Extemplo ut pr. sine fraude eum de bello & pace agere uelit adnocet concilium. & quod tum referatur decernaturq; ut prius ratumq; ac sine panætolico aut pyræo concilio actum esset. Dimissis uta suspensa re legatis egregie consilium gerebat. nam utrius partis melior fortuna belli esset ad eius societatem inclinaturos. hæc in concilio ætholoꝝ acta. Philippus impigre terra mariq; parabat bellum nauali copias demetriadem in thessaliam contrahebat. Attalum romanamq; classem principio ueris ab egina ratus mouros nauibus maritimumq; orae præfecit heraclidam quem & ante præfecerat, ipse terrestris copias comparabat. magna se duo auxilia romanis detraxisse credens ex una parte ætholos ex altera dardanos fauibus ad pelagoniam á filio perseo interclusis ab consule non parabatur sed gerebatur iam bellum per darseniorum fines exercitum ducebat. Frumentum quod exhibernis extulerat integrum habens quod in usum militis satis esset prebentibus agris oppida uicique partim uolentibus partim metu se tradebant. Quædam inexpugnata quædam deserta in montis propinquos refugientibus barbaris inueniebantur. Ad lynchum stativa posuit prope flumen lacum. inde frumenta circum circa horrea darseniorum mittebat. Philippus consternata quidem omnia circa pauoremq; ingentem hominum cernebat. sed parum gnarus quam partem petisset consul alam equitum ad explorandum quonam hostes iter intendissent misit. Idem error apud consulem erat mouisse ab hibernis regem sciebat quam regionem petisse

ignorans. Is quoq; speculatum miserat equites. hæ duæ alæ ex diuerso cum diu incertus uineribus uagatæ per dariscos essent tandem in unum uter conuenerunt. neutros fefellit ut fremitus procul hominum equorumq; exaudiuus est hostis appropinquare. Itaq; prius q̃ in conspectum ue nirent equos armaq; expedierant. nec mora ubi primum hostem uidere concurrendi facta est. Forte & numero & uirtute ut pote lecti utrimq; haud impares equis uiribus paliquot horas pugnarunt. Fangano ipsorum equorumq; incerta uictoria diremit prælium. Macedonum quadra ginta equites romanorum quinq; & triginta ceciderunt. Neq; eo magis explorati quicq̃ in qua regione castra hostium essent aut illi ad regem aut ii ad consulem retulerunt. Per transfu gas cognitum est quos leuitas ingeniorum ad cognoscendas hostium res in omnibus bellis prebet

Philippus aliquid & ad caritatem suorum & ut promptius pro eo periculum adirent ratus profectu rum se. si equitum qui ceciderant in expeditione sepeliendorum curam habuisse. affert eos in ca stra uisit ut conspicerentur ab omnibus funeris bonos. Nihil tam incertum nec tam inestimabile est q̃ animi multitudinis quod promptiores ad subeundam omnem dimicationē uidebatur factum id metum pigritiamq; incussit. Nam qui hastis sagittisq; & rara lanceis facta uulnera uidissent cum grassis illyriisq; pugnare assueti postq̃ gladio hispaniensi detruncata corpora brachiis abscissis aut tota cervice desecta diuisa a corpore capita patentiaq; uiscera & feditatem aliam uulnerum uiderunt aduersus quæ tela quosq; uiros pugnandum foret passim uulgo cernebant. Ipsum quoq; regem terror cepit nondum iusto prælio cum romanis congressum. Itaq; reuocato filio præsidioq; quod in faucibus pelagoniæ erat ut iis copiis suas augeret. pleuratо dardanisq; uer in macedoniam profecit. Ipse cum. xx. milibus peditum. ccc. equitum ducibus transfu gis ad hostem profectus paulo plus. co. passus a castris romanis tumulum propinquum atq; eo fos sa ac uallo cōmunit. Ac subiecta cernens romana castra admiratus esse dicitur & uniuersam speciem castrorum & discripta suis quæq; partibus cum tendendi ordine tum interuallis & negasse barbaros ea castra ulli uideri posse. Biduum consul & rex alter alterius conatus ex pectantes continuere suos intra uallum. Tertio die romanus omnis in aciem copias eduxit.

Rex non tam celerem aleam uniuersi certaminis tum ens quadringentos thraces illyriosq; id sicut alio diximus loco est genus & cretenses. ccc. additis pedibus pari numero equitum cum duce athenagora uno ex purpuratis ad lacessendos hostium equites misit. Ab romanis autē aberat acies eorum paulo plus. cc. passus. Veliteś & equitum duæ ferme alæ missæ ut numero quoq; eques pedesq; hostem æquarent. Credere regii genus pugnæ quo assueuerant fore ut equites inuicē insequentes refugientesq; terga darent. nunc telis uterentur nunc. Illyriosq; uelocitas ad excur siones & impetus subitos usui esset. Cretenses in inuehentem se effuse hostem sagittas conicerent

Turbant hunc ordinem pugnandi non acrior q̃ pertinacior impetus romanorum. Nam haud secus q̃ si tota acie dimicarent & uelites emissis hastis cōmunis gladius rem gerebant. & equites ut semel in hostem erecti sunt stantibus equis parum ex ipsis equis parum desilientes immisce resq; se peditibus pugnabant. Ita nec eques regis equum par erat insuetus ad stabilem pugnā nec pedes concursator & uagus & prope seminudus generi armorum uelitи romano parmam gladiumq; habenti pariterq; ad sequendum & ad hostem petendum armato. Non tulere itaq; dimicationem

9

nec alia re q̄ uelocitate tutantes se in castra refugerunt. Vno deinde intermisso die cum omnibus copiis equitum leuisq; armaturę pugnaturus rex esset nocte cetratos quos peltas uocant loco oportuno inter bina castra in insidias abdiderat præceperatq; athenagore & equitibus ut si aperto prælio procederet res uterentur fortuna. sin minus cedendo sensim ad insidias q; locum hostem prahberent. Et equitatus quidem cessit duces cetratæ cohortis non satis expectato signo ante tempus excitatus sine occasionem bene gerendæ rei amiserunt. Romanus & aperto prælio uictor & uirtus á fraude insidiaq; in castra se se recepit. Postero die consul omnibus copiis in aciem descendit ante prima signa locatis elephantis quo auxilio tum primum romani quia captos aliquot bello punico habebant usi sunt. Vbi intra uallum latentem exprobratis metum successit. postq̄ ne tum quidem potestas pugnandi dabatur quia extra propinquis stationis parum intra frumentatio erat dispersos milites p agros equitibus extemplo inuasurus. Octo fere inde milia interuallo tutiorem frumentationem habiturus castra ad antalobium id est loco nomen mouit. Cum in propinquo agro frumentarentur romani primo rex intra uallum suos tenuit ut cresceret simul & negligentia cum audacia hostis. Vbi effusos uidit cum omni equitatu & cretensium auxiliaribus quantum equites uelocissimi pedites cursu æquare poterant cetato profectus agmine inter castra romana & frumentatores constituit signa. Inde copias duabus partem ad consectandos uagos frumentatores emisit dato signo ne quem uiuum relinquerent. Cum parte ipse substitit uiaeq; quibus ad castra recursum uidebantur hostes obsedit. Iam passim cædes ac fuga erat necdum quisq̄ in castra romana nuntius cladis peuenerat qui refugientes in regiam stationem incidebant. & plures ab obsidentibus uisi q̄ ab emissis ad cædem interficiebantur. Tandem inter medias hostium stationes elapsi quidam trepidi tumultum magis q̄ certum nuntium intulerunt castris. Consul equitibus missis qua quisque posset opem ferre laborantibus ipse legiones é castris educit & agmine quadrato ad hostem ducit. Dispersi equites per agros quidam aberrarunt decepti clamoribus alius ex alio existentibus loco pars obuios habuerunt hostis pluribus locis simul pugna cæpit. Regia statio atrocissimum prælium edebat. nam & ipsa multitudine equitum peditumq; prope iusta acies erat. & romanos qua medium obsederat iter plurimi in eam inferebantur. Eo quoq; superiores macedones erant quod & rex ipse hortator aderat & cretensium auxiliares multos ex improuiso uulnerabant conferti præparatiq; in dispersos & effusos pugnantes. Quod si modum in insequendo habuissent non in præsentis modo certamine gloriam sed in summam etiam belli profectum foret. Nunc auiditate cædis intemperantius secuti in prægressas cum tr. mil. cohortes romanas incidērunt. et fugiens eques ut primo signa suorum uidit conuertit in effusum hostem equos uersaq; momento temporis fortuna pugnæ est terga dantibus qui modo secum erant. Multi cōminus congressi multi fugientes interfecti. nec ferro tantum periere sed in paludes quidam collecti profundo limo cum ipsis equis hausti sunt.

Rex quoq; in periculo fuit nam ruente sancio equo præceps ad terram datus haud multum abfuit quin iacens opprimeretur. Salus fuit eques qui raptum ipse desiluit paucumq; regem in equum subiecit. ipse cum pedes æquare cursu fugientes non posset equites ab hostibus ad casum regis concitatus confossus periit. Rex circumuectus paludes peruias uiasq; trepida fuga in castra

tandem iam desperantibus plerisq; incolumem euasurum puenit. Ducenti macedonū equites eo prælio periere. c. ferme capti octoginta admodum ornati equis spoliis simul armoq; relatis abducti.

Fuere qui hoc die regem temeritatis consilem segnitie accusarent. nam a philippo quiescendū fuisse cum paucis diebus hostes exhausto circa omni agro ad ultimum inopiæ uenturos scirent.

Et consilem cum equitatum hostium leuemq; armaturam fudisse ac prope regem ipsum cepisse protinus ad castra hostium ducere debuisse. Nec enim mansuros ita perculsos hostis fuisse debilitariq; momento temporis debuisse. id dictu q̄ re ut pleraq; faciliuis. Nam si omnibus peditū quoq; copiis congressus rex fuisset forsitan inter tumultum cum omnes uicti metuq; pulsi ex prælio intra uallum protinus inde super uadentem munimenta uictorem hostemq; fugerunt exui castris potuerit rex. Cum ū integræ copiæ peditum in castris mansissent stationes ante portas præsidiaq; disposita essent. quid nisi ut temeritatē regis effuse pauloante secuti perculsos equites imitaretur profecisset? Neque enim ne regis quidem primum consilium quo impetum in frumentatores palatos per agros fecit reprehendendum foret si modum prospere pugnæ imposuisse. Eo quoq; minus est mirum tentasse eum fortunam quod fama erat plenarum dardanosq; ingentibus copiis profectos domo iam in macedoniam transcendisse. Quibus si undiq; circumuentus copiis foret sedentem romanum debellaturum credi poterat. Itaq; secundum duas aduersas equestris pugnas multominus tuta moram in isdem statuis fore philippus ratus cum abire inde & fallere abiens hostem uellet caduceatore sub occasum solis misso ad consulem qui inducias ad sepeliendos equites peteret frustratus hostem secunda uigilia multis ignibus per tota castra relictis silenti agmine abit. Corpus iam curabat consul cum uenisse caduceatorem & quid uenisset nuntiatum est. responso tantum dato mane postero die fore copiam conuendi id quod quæsitum erat. Nox dieiq; insequentis pars ad precipiendum iter philippo data est. montes quam uia non ingressurum graui agmine romanum sciebat petit. Consul prima luce caduceatore dimisso. haud ita multo post abisse hostem cum sensisset ignarus qua sequerentur isdem statuis frumentando dies aliquot consumpsit. Inde tam deinde petit atq; ex pelagonia frumentum quod in agris erat conuexit. Inde ad pluinnam est progressus nondum compertо quam regionē hostes petissent. Philippus cum primo ad bruamnam statiua habuisset profectus inde transuersis iuguis terrorem præbuit subitum hosti. Mouere itaq; ex pluinna romani & ad osphagum flumen posuerunt castra. Rex haud procul inde & ipse uallo super ripam amnis ducto erigonum incolæ uocant consedit. Inde satis compto herdumeam petituros romanos ad occupandas angustias ne superare hostes arctis faucibus inclusum aditum possent precessit. Ibi alia uallo alia fossa alia lapidum congerie ut pro muro essent alia arboribus obiectis ita ut locus postulabat aut materia suppeditabat operæ permunit. atq; ut ipse rebatur uiam suapte natura difficilem obiectis p omnes transitus operibus inexpugnabilem fecit. erant pleraq; siluestria circa incōmoda phalangi maxime macedonum quæ nisi ubi prelongis hastis uelut uallum ante clipeos obiecit quod ut fiat libero campo opus est nullius admodum usus est. Thracas quoq; rumphæ ingentis & ipse longitudinis inter obiectos undiq; ramos impediebant. Cretensium una cohors non inutilis erat. sed

ea quoq; ipsa ut siquis impetum faceret in patentem uulneri equum equitemq; sagittas concrepo
terat. Ita aduersus scuta romana nec ad traiciendum satis magnam uim habebat nec aperti qcq̄
erat quod peterent. Itaq; id ut uanum teli genus senserunt esse saxis passim tota ualle iacentib⁹
incessebant hostem ea maiore cum sonitu q̄ uulnere ullo pulsano scutoq; parumper succedentis
romanos tenuit. Deinde ut quoq; spretis partim testudine facta per aduersos uadunt hostis partī
breui circuitu cum in iugum collis euasissent trepidos ex præsidiis stationibusq; macedonas deturbāt
& ut in longis impeditis difficili fuga plerosq; etiam obtruncant. Ita angustiæ minore certamine
q̄ quod animis proposuerant superate & in berdumeam puentum ubi puastatis passim agris in elimīa
se recepit. Inde impetum in orestidem facit & oppidum celetrum est aggressus in pene insula
situm. Lacus mœnia cingit angustis faucibus unum ex commeatu uer est. Primo situ ipso freti clau
sis portis abnuere impium. deinde postq̄ signa ferri ac testudine succedi ad portam obsessasq; fauces
agmine hostium uiderunt priusq̄ experirentur certamen mœnia in deditionem uenerunt. Ab
celetro in dassaretios processit urbemq; præsidio cepit. Seruitia inde cum cætera præda abdu
xit & libera capita sine prætio dimisit oppidumq; ita reddidit præsidio ualido imposito. Nam &
sita oportune urbs erat ad impetus in macedoniā faciendos. Ita pagatis hostium agris consul in loca
iam pacata ad apolloniam unde ortum bellum erat copias reduxit. Philippum auerterant æ
toli & athamanes & dardani & tot bella repente alia ex aliis locis exorta aduersus dardanos
iam recipientes ex macedonia se se. Athenagoram cum expeditis peditibus ac maiore parte equita
tus misit ut sublimi instare abtergo abeuntibus & carpendo postremum agmen segniores eos ad mo
uendos domo exercitus efficere ætholos damocritus. pr. qui more ad decernendum bellum ad nau
pactum auctor fuerat. idem proximo concilio ad arma conuenerat. Post famam equestris ad
octolobum pugnæ dardanosq; & pleuratum illyrius transitum in macedoniam. Ad hoc classis
romanæ aduentum oreum & super circumfusas tot macedoniæ gentes maritimam quoq; instan
tes obsidiones. hæc causæ damocritum ætholosq; restituerant romanis & amynandro rege athama
num aduncto profecti cercinium obsedere. Clauserant portas incertum ui an uoluntate qa
regium habebant præsidium. Cæterum intra paucos dies captum est cercinium atq; incensum.
Qui superfuerunt é magna clade liberi seruiq; inter cæteram prædam abducti. Is tumor omnis q
circum colum boeben paludem relictis urbibus montis coegit petere. ætholi inopia prædæ inde auer
si in phthiam ire pergunt. cyrenas ibi ui capiunt fœdeq; diripiunt. qui malo eam incolunt uolun
tate in deditionem societatemq; accepti. ex perhebia gomphos petendi amynander auctor erat
& imminet athamania huic urbi. uidebaturq; expugnari sine magno certamine posse. ætholi
campos thessaliæ opimos ad prædam petiere sequente quamq̄ non probante amynandro. nec
effusas populationes ætholos. nec castra quo foris tulisset loco sine ullo discrimine aut cura mu
nendi loca posita. Itaq; temeritas eos negligentiaq; sibi ac suis etiam cladis alicuius causa essæ
cum campestribus locis subiacentis eos castra phecado urbi uiderer. Ipse paulo plus mille passuū
inde tumulum suis quis leui munimento tutum cepit. Cum ætholi nisi quod populabantur
uix meminisse uiderentur se in hostium agro esse. alii palari semermes uagarentur. alii in ca
stris sine stationibus p somnum unumq; diem noctibus æquarent. philippus inopinantibus adue

nit. Quem cum adesse refugientes ex agris quidam pauidi nunciassent. trepidare damocritus ceteriq; duces. & erat forte meridianum tempus quo pleriq; graues cibo sopiti iacebant. Excitare igitur alii alios iubere arma capere. alios dimittere ad reuocandos qui palati per agros praedabantur. Tantaq; trepidatio fuit ut sine gladius quidam equitum exirent loricas pleriq non induerent. Ita raptim eductis cum sexcentos egre simul equites peditesq; numeros explessent incidunt in regium equitatum numero armis animisq; praestantem. Itaq; primo impetu fusi uix tentato certamine turpi fuga repetunt castra. Caesi capiuq; quidam quos equites ab agmine fugientium interclusere. Philippus sinus iam uallo appropinquantibus receptui cani iussit. fatigatos enim equos uiroq; non tam praelio q̄ itineris simul longitudine simul prepropera celeritate habebat. Itaq; turmatim equites iniucem manipulos leuis armaturae aquatum ire & prandere iubet. alios in statione armatos retinet operiens agmen peditum tardius ductum propter grauitatem armorum. Quod ubi aduenit & ipsis imperatum ut statuis signis armisq; ante se positis raptum cibum caperent binis ternisue simum ex manipulis aquandi causa missis. Interim equites cum leui armatura paratus instructusq; steti siquid hostis moueret. Aetholi iam enim & quae p agros sparsa multitudo fuerat receperunt se in castra ut defensiui munimenta circa portas uallumq; armatos disponunt. Dum quietos hostes ex uallo feroces ipsi spectabant. Postq̄ mota signa macedonum sunt & succedere ad uallum paratu atq; instructu caeperunt repente omnes relictis stationibus p aduersam partem castrorum ad tumulum ad castra athamanum pfugiunt. Multi in hac quoq; tam trepida fuga capti caesiq; sunt aetolorum. Philippus si satis diei supesset non dubius quin athamanes quoq; cum castris potiussent die per praelium deinde p direptionem castrorum absumpto sub tumulo in proxima planitie consedit. Prima luce insequentis diei hostes aggressurus. Sed aetoli eodem pauore q̄ sua castra reliquerant nocte proxima dispersi fugerunt. Maximo usu fuit amynander quo duce athamanis iuuenis peritus summis montibus per calles ignotos sequentibus eos hostibus in aetoliam pduxerunt. Non ita multos in dispersa fuga error inuolut in macedonum equites quos luce prima philippus ut desertum tumulum uidit ad carpendum hostium agmen misit. Per eos duces & athenagoras regius praefectus dardanos recipientes se in finis adeptus postremum agmen primo turbauit. Dein postq̄ dardani conuersis signis direxere aciem aequa pugna iusto praelio erat. Vbi rursus procedere dardani cepissent hastes & leui armatura regi in nullum tale auxilii genus habentes dardanos oneratos in mobilibus armis uexabant & loca ipsa aduuabant. Occisi perpauci sunt plures uulnerati captus nemo quia non excedunt temere ordinibus suis sed confertum & pugnant & cedunt. Ita damna romano accepta bello duabus per opportunas expeditiones cohercitus gentibus restituerant philippus incerto forti non prospero solum euentu. Munit deinde ei forte oblata res hostium aetolorum numero. scopas princeps gentis ab alexandrea magno cum pondere auri ab rege ptholemaeo missus. Sex milia peditum & equites mercede conductos aegyptum auexit. nec ex iuuentute aetolorum quemq̄ reliquisset ni damocritus nunc belli quod instaret nunc futurae solicitudinis admonens incertum cura gentis an ut aduersaretur scopae parum domi cultus partem unorum castigando domi continuisset. Haec ea aestate ab romanis philippoq; gesta erant classis a corcyra eiusdem principio aestatis cum. L. apustio legato profecta malco superata circa

11

scylleum agri hermonici attalo regi coniuncta est. Tum uero athenensium cuntas quæ odio in philippum p meum iamdiu moderata erat id omne in auxilii presentis spem effundit. nec unquã ibi desunt linguæ promptæ ad plebem concitandam. Quod genus cum in omnibus liberis cuntatibus tum precipue athenis ubi oratio plurimum pollet fauore multitudinis alitur. Rogationem extemplo tulerunt plebesq; scuit ut philippi statuæ imagines omnes nominaq; eius item maiorũ eius uirilis ac muliebris sexus omnium tollerentur delerenturq; dies festi sacra sacerdotesq; ipsius maiorumue eius honoris causa instituta essent omnia profanarentur. Loca quoq; in quibus positũ aliquid scriptumue honoris eius causa fuisset detestabilia esse. neq; in iis quicq̃ postea poni dedicariq; placere eorumq; in loco puro poni dedicariq; fas esset. Sacerdotes publicos quotiens cumq; pro populo athenensi sociisq; exercitibus & classibus eorum precarentur totiens detestari atq; execrari philippum liberos eius regnumq; terrestres nauales q; copias. macedonum genus omne nomenq; addictum decreto. Siquis quid postea quod ad notam ignominiamq; philippi pineret ferret. id omnem athenensem ulturum. Siquis contra ignominiam pro ue honore eius dixisset fecisseue qui occidisse eum ure ceturum. Postremo inclusum ut omnia quæ aduersus pisistratidas decreta quondam erant eodem in philippo seruarentur. Athenienses quidem litteris uerbisq; quibus solis nalent bellum aduersus philippum gerebant. Attalus romanq; cũ pireum primum ab hermione peruenissent paucos ibi moratus dies oneratq; eque imodicis ad honores sociorum atq; in iram aduersus hostem fuerant athenensium decretis naugant á pyreo andrum. Et cum in portum quem gaurelon uocant constitissent missis qui tentarent opi danorum animos si uoluntate tradere urbem q̃uam experiri mallent. postq̃ præsidio regio arcem teneri nec se potestatis suæ esse respondebant exposuit copias apparatumq; omni urbium oppugnandarum diuersis partibus rex & legatus romanus ad urbem subeunt. Plus aliquanto grecos romana arma signaq; non ante uisa animiq; militum tam prompte succedentium muros terruere. Itaq; fuga extemplo in arcem facta est. urbe hostes potiti & in arce cum biduum loci se magis q̃ armorum fiducia remunissent tertio die pacti ipsi præsidiumq; ut cum singulis uestimentis deum boetiæ transuehererentur. & ab romanis regi attalo concessa præda ornamentaq; urbis ipsi aduexerunt. Attalus ne desertam haberet insulam & macedonum fere omnibus & quibusdam andriorum ut manerent persuasit postea & ab delio qui ex pacto trauecti eo fuerant promissis regis desiderium quoq; patriæ cum faciliis ad credendum inclinaret animos reuocati ab andro eadem traiecerunt. Ibi dies aliquot oppugnandi urbe nequicq̃ absumpti. & quia uix operepretium erat abscessere ad prasias continentis arcæ is locus est. Isseorum .xx. lembi classi romanorum adiuncti sunt. Duo missi ad populandos caristiorum agros cetera classis gerestum nobilem euboeæ portum dum ab caristiis ei redirent tenuit. Inde omnes uelis in altum datis maris medio præter schyrum insulam icum puenere Ibi paucos dies sequente borea retenti. ubi prima tranquillitas data est sciatum traiecere uastatam urbem direptamq; nuper á philippo per agros palati milites frumentum & siqua alia usui esse ad uescendum poterant ad naues retulere prædæ. nec erat quicq̃ nec meruerant graeci cur diriperentur. Inde cassandream perentes primo ad meridem maritimum cuntatis eius

uicum tenuere. Inde cum superato promuntorio ad ipsa mœnia urbis circumagere classem uel lent seua coorta tempestate prope obrum fluctibus dispersi magna ex parte amissis arma mentis interram effugerunt. Ommen quoq; ea maritima tempestas ad rem terra gerendā fuit. Nam collectis in unum nauibus expositisq; copiis aggressi urbem cum multis uulneribus repulsi. & erat ualidum ibi regium præsidium. Irrito incepto regressi canastræum pallenes tra iecere. Inde superato coronæ promuntorio nauigantes achantum penere. Ibi primo ager uastatus deinde ipsa urbs ui capta ac direpta. nec ultra progressi. Iam enim & graues preda naues habebant retro unde uenerant. Sciathum & ab sciatho euboeam repetunt. Ibi reli cta classe. x. nauibus expeditis sinum maliacum intrauere. ad colloquendum cum ætholis de ratione gerendi belli. Sipyrrichas ætholus princeps legationis eius fuit qui ad cōmuni canda consilia heracleam cum rege & cum romano legato uenit. petitum ex fœdere abattalo est ut mille milites tanti enim numeri bellum gerentibus aduersus philippum debebat. Id negatum ætholis quod illi quoq; grauati prius essent ad populandam macedoniam exire. Quo tempore philippo circa pergamum urente sacra profanaq; abstrahere cum inde respectu rei suæ potuissent. Ita ætholi cum spe magis romanis omnia pollicentibus q̄ cum auxilio dimissi. Apustius cum attalo ad classem redit. inde excitari de oreo oppugnando cœptum. ualida ea cuntis & mœnibus & quia ante fuerat tentata firmo erat præsidio. Conuinxerāt se iis post expugnationem mandrii. Cum prefecto hagesimbro. xx. rhodiæ naues rectæ omnes eam classem in stationē ad zelasium miserunt. ysimiæ id sup demetriadem pro muntorium est peroportune obiectum ut siquid inde monerent macedonum naues in præsidio essent. Heraclides præfectus regis classem ibi tenebat magis p occasionem si quā negligentiam hostium dedisset q̄ aperta in quicq̄ ausurus. oreum diuersi romani & rex attalus oppugnabant. Romani a maritima arce regii aduersus uallem inter duas iacen tem arces qua & muro interscepta urbs est & ut loca diuersa sic dispari modo etiam oppu gnabant. Romanis testudinibus & uineis & ariete admouendo. muris regii balistis cata pultisq; & alio omni genere tormentoꝝ tela ingerentes & pondere ingenti saxa iaciebant & cuniculos & quicquid aliud priore oppugnatione expertum profuerat. Cæteꝝ non plures tantum macedones q̄ ante tuebantur urbes arcesq; sed etiam presentibus animis & casti gationibus regis in admissa culpa ei simul minaꝝ simul ꝑmissionum in futurū memores natione cœleri spei essē. Interim & aliud agi posse ratus legatus relictis quod satis undebat' ad opera pficienda traicit in proxima continentis. Larissamq; non illam in thessalia nobilē urbem. sed alteram quam cremasten uocant. subito aduentu præter arcem cepit. Attalus quoq; egeleon nihil minus q̄ tale quicq̄ in alterius oppugnatione urbis tumentibus oppressit. Etiam cum opera in effectu erant circa oreum tum præsidium quod unus erat labore assiduo uigilus diurnis pariter nocturnisq; & uulneribus confectum. Muri quoq; pars ariete incusso subruta multis iam locis procciderat. perq; apertum ruina uter nocte romani quoq; super portum est in arcem perruperunt. Et attalus luce prima signo ex arce dato ab romanis & ipse urbem inuasit stratis magna ex parte muris præsidium opidumq; in arcem altera

perfugere . Vnde biduo post dedituo facta . urbs regi captiua corpora romanis cessere . Iam autū
nale equinoctium instabat . Et est sinus euboicus quem cæra uocant suspectus nauis . Itaq; ante
hiemales motus euadere unde cupientes pyreum unde profecti ad bellum erant repetunt . Apu
stius . xxx . nauibus ibi relictis super maleum nauigat . Apud corcydam regem statum immoq;
cereris ut sacris interessa uenit . secundum inuia & ipse se in asiam recepit hagesimbroto rho
dus domum remisit . hæc ea estate terra mariq; aduersus philippum socios q; eius ab consulibus
& legatis romanis . aduniantibus rege antalo & rhodus gesta . consul alter cæsar aurelius ad con
fectum bellum cum in prouinciam uenisset haud clam tulit iram aduersus prætorē quod ab
sente se rem gessisset . Misso igitur eo in etruriam ipse in agrum hostium legiones induxit po
pulandoq; cum præda maiorem q̄ gloria bellum gessit . L . furius simul quod in etruria nihil erat
rei quod gereret simul gallico triumpho imminens quem absente consule facilius impetrari posse ratus romam inopinato cum uenisset senatum in æde bellonæ habuit ex
positisq; rebus gestis ut triumphans sibi in urbem inuehi liceret petit . Apud magnam partem
senatus & magnitudine rei gestæ ualebat & gratia . Maiores natu negabant triumphum &
quod alieno exercitu rem gessisset & quod prouinciam reliquisset ultro tem rapiendi p occasionē
triumphi . Id uero cum nullo exemplo fecisse consulares precipue expectandum fuisse consulem
censebant . Potuisse enim castris prope urbem positis utranda colonia ita ut aciem non decerne
ret in aduentu eius rem extrahere . & quod prætor non fecisset senatu faciendum esse consulē
expectaret . Vbi coram discepratus consulem & prætorem audissent ueruis de causa existima
turos esse . Magna pars senatus nihil præter res gestas & an in magistratus uis quis auspicio gessisse
censebant spectare senatum debere ex duabus colonius quæ uelut claustra ad cohibendos gallicos
tumultus oppositæ fuissent cum una direpta & incensa essē . Traiecturumq; ad incendium uelut
ex continentibus tectis in alteram tam propinquam coloniam esset . quid tandem prætori fa
ciendum fuisse ? Nam si sine consule geri nihil oportuerit haud senatum peccasse qui exerci
tum prætori dederit . Potuisse enim si non cum prætoris sed consulis exercitu rem geri uolue
rit ita finire senatum consultum ne per . pr . sed p consulem gereretur aut consulem quinō
cum exercitu ex etruria transire in galliam uisisset ipse animum occurrisset ut bello inter
esset quod sine eo geri fas non essē . Non expectare belli tempora moras & dilationes impe
tu . & pugnandum esse interdum non qua uelis sed qua hostis cogat . Pugnam ipsam euen
tumq; pugnæ spectari debere . fusos . cesosq; hostis . castra capta ac direpta . coloniam liberatā
obsidione alterius coloniæ . captiuos recuperatos restitutosq; finis debellatum uno prælio esse .
Non homines tantum ea uictoria lætatos sed dis quoq; immortalibus p triduum supplicationes
habitas quod bene ac feliciter non quod male ac temere res p . á . L . furio prætore gesta esset .
Data fato etiam quodam furie genti gallica bella . huius generis orationibus ipsius amicoq; ui
cta est presentis gratia prætoris absentis consulis maiestas triumphumq; frequentes . L . furio
decreuerunt . Triumphauit de gallis . In magistratu . L . furius . pr . & in . erarium tulit . ccc xx .
milia . eris argenti . clxx . milia . cōd . neq; captiuum ulli ante currum ducti neq; spolia prælata
neque milites secum . Omnia præter uictoriam penes consules esse apparebat . Ludi deinde á

P. cornelio scipione quos consul in africa uouerat magno apparatu facti & de agris militum eius decretum ut quot quisq; eor annos in hispania aut in africa militasset in singulos annos bina iugera acciperet. eum agrum decemuiri assignarent. Triumuiri item creati ad supplendum uenusinis colonis numeq; quod bello hannibalis attenuate ures eius coloniæ erant

Consul terentius uarro. T. quintius flamininus proconsul cornelius consul filiumis scipio. li colonos uenusiam adscripserunt. Eodem anno consul cornelius cethegus qui proconsul hispaniã obtinebat magnum hostium exercitum in agro sedetano fudit. Quindecimlia hispanor eo prælio dicuntur cæsa. signa militaria capta octo & septuaginta. Cæsar aurelius consul cum exprouincia romam commor causa uenisse non id quod animis præceperant quæstus est nõ expectatum se ab senatu neq; disceptandi cum prætore consuli potestatem factam. sed ut triumphum decreuisse senatum ut nullius nisi eius qui triumphaturus esset & eor qui bello interfuissent uerba audiret. Maiores ideo instituisse ut legati. tr. centuriones milites denq; triumpho adessent ut uirtus rer gestar eius cui tantus honor haberetur publice uideretur

Neque ex eo exercitu qui cum gallis pugnauerit sine milite unum saltem fuisse quem pcitari posset senatus quid ueri pr. mannue afferret. Comitis deinde diem edixit quibus creati sint consules. L. cornelius lentulus. A. iulius. uirus appalus. PR. inde facti. L. quintius flamininus libius ualerius flaccus lelius iulius. T. appulus. cn. bebius tamphilus. Annona quoq; eo anno pulis fuit. Frumentum magnam ex africa aduectam ædiles curules. M. claudius marcellus & sex. æmilius petus binis æris in modios populo diuiserunt & ludos romanos magno apparatu fecerunt. diem unum instaurarunt. signa ænea quinq; ex mulctatitio argento in ærario posuerunt. Plebei ludi ab ædilibus libio terentio masiliota & c. bebio tamphilo quẽ pr. designatum ter ton instauran. & ludi funebres eo anno p quadriduum in foro mortis causa ualerii leuini. á. p. & M. filius eius facti. Et munus gladiatorium datum ab iis paria qnq; & xx. pugnarunt. M. aurelius cotta decemuir sacrar mortuus. In eius locum M. acilius glabrio suffectus. Comitis ædiles curules creati sunt forte ambo qui statim accipere magistratum non possent. nam consul cornelius cethegus absens creatus erat cum hispaniam obtineret prouinciam consul ualerius flaccus quem præsentẽ creauerant quia flamen dialis erat ura re in leges non poterat. Magistratum autem plus quinq; dies nisi qui iuraisset in leges non licebat gerere petente flacco ut legibus solueretur senatus decreuit ut si ædilis qui pro se iuraret arbitratu consulis daretur. consules si eis uideretur cum tr. pl. agerent ut ferrent ad plebem. Datus qui iuraret pro fratre libius ualerius flaccus pr. designatus. tribuni ad plebẽ tulerunt plebesq; scitum ut perinde esset ac si ipse ædilis iurasset. Et de altero ædili scitũ plebi est factum rogantibus tribunis quos duos in hispaniam cum imperio ad exercitus remberent. ut. c. cornelius ædilis curulis ad magistratum gerendum ueniret. & lelius mallius acidinus decederet de prouincia multos post annos plebes. c. cornelio lentulo & libio terentio proconsule imperium esse in hispania iussit.

T. LIVII PATAVINI HISTORIARVM AB VRBE CONDITA LIBER. XXXII.
INCIPIT FELICITER.

CONSULES PRETORESQ; CUM IDIBUS MARTIIS MAGISTRATV
inissent prouincias sortiti sunt. Proconsuli lentulo italia; pconsuli pulchro macedo
nia. Praetoribus. L. quinctio urbana. C. bebio arriminū. L. elio ualerio sicilia.
Libio pulchro sardinia euenit. Lentulus consul nouas legiones scribere iussus
pulchri á procos. sulpicio exercitum accipere in supplementū eius q̄um mul
tum uidereiur ut scriberet. Ipsi pmissum praetori bebio legiones quas consul an
tecessor habuisset ita decretae ut retineret eas donec consul nouo cum exercitu suc
deret in gallia. ubi si uenisset omnes militet ex auctoritate domum dimitterentur praeter
quinquemilia socium ut obtineri circa arriminū prouinciam satis esse prorogato imperio pre
toribus prioris anni. L. sergio ut militibus qui in hispania sicilia sardinia stipendia p multos
annos fecissent agrum assignandum curaret. Q. minutius ut in bruttiis idem de coniura
tionibus quaestiones quas praetor cum fide curaq; exercuisset perficeret. & eos quos sacrile
gii compertos in uinculis romam misisset locros mitteret ad supplicium. Quaeq; sublata
ex delubro proserpinae essent reponenda causa piaculi seruaret. Feriae latinae pontificum
decreto instauratae sunt quod legati ab ardea quaesti in senatu erant sibi in monte albano
latinus carnem ut adsolet datam non esse. Ab siessa nummium est duas portas quodq; inter
eas muri esset de caelo tactum. Et formiis legati aedem iouis. item hostienses aedem iouis &
ueteremi apollinis & saturni aedes. & in herculis aede capillum enatum. Et ex bruttiis ab
Q. minutio pr. scriptum equum cum quinq; pedibus. pullos gallinaceos tres cum ternis pedi
bus natos esse. NR. sulpitio proconsule ex macedonia luteae allatae. in quibus inter cete
ra scriptum erat lauream in puppi nauis longam enatam. Prioꝝ prodigioꝝ causa senatus
consulebat ut consules maioribus hostiis quibus dis uidereiur sacrificarent. Ob hoc unū
prodigium haruspices in senatum uocati atq; ex responso eoꝝ supplicatio populo in diem
unum edicta & ad omnia pulmaria res diuinae factae. Carthaginienses eo anno argentū
in stipendium impositum primum romam aduexerunt. Id quia probum non esse quaesto
res renuntiauerant experientibusq; pars quarta decocta erat pecunia romae munita sup
ra interdictum argenti expleuerunt. Peregrinis deinde ut si iam uidereiur senatui
obsides sibi redderentur. centum redditi obsides de ceteris si in fide pmanerent spes facta
Peregrinis isdem qui non reddebantur obsides ut ab norbe ubi parum cōmode essent alio tra
ducerentur concessum ut sigmam & ferentinum transirent. Gaditanis item peregrinis remis
sum ne praefectus gadis mitteretur. Aduersus quod iis in fidem. p.r. uenientibus cum. L. mar
cio septimio conuenisset & narniensium legatis querentibus ad numerum sibi colonos non
esse & immixtos quosdam non sui generis pro colonis se gerere. eaq; res causa fuit turos creare
libuit cornelius consul iussit. Creati praetores & sex alii pedes fuere ambobus cognomen a. CN. cor
lentulus fuit quod narniensibus datum erat ut colonoꝝ numerus cogeretur. ideo tam peten
tes non impetrauerunt. Rebus quae romae agendae erant perfectis consules in prouincias
profecti. Proconsul pulchri in macedoniam cum uenisset atrox seditio militum iam ante irritata
nec satis in principio compressa excepit. xxx. ea militum fuere quae ex africa post demictum

hannibalem . In siciliam unde anno post fere in macedoniam pro uoluntarius transportata erant
id uoluntate factum negabant ab tribunis recusantes in nauis impositos . Sed utcunq; seu iniun
cta seu suscepta foret militia . & eam exhaustam & finem aliquem militandi fieri equum esse .
Multus sese italiam non uidisse consenuisse sub armis in sicilia africa macedonia confectos iam se la
bore opere exangues tot acceptis uulneribus esse . Consul causam postulandæ missionis probabilē
si modeste peterentur uideri dixit . Seditionis nec eam nec ullam aliam satis iustam causam esse .
Itaq; si manere ad signa & ducto parere uelint se de missione eorū ad senatum scripturū mode
stia faciliusq; pertinacia quod uelint impetraturos . thaumacho eo tempore philippus summa
ui expugnabat aggeribus uineisq; arietem muris admoturus erat . Cæteri incepto absistere
eum coegit subitus ætholorū aduentus qui archidamo duce inter custodias macedonum mœnia
ingressi nec nocte nec die finem ullum erumpendi nunc in stationes nunc in opere macedonū
faciebant . Et adiuuabat eos natura ipsa loci . nanq; thaumagi á pileis sinuq; maliaco plamam
eunti loco alto siti sunt in ipsis faucibus imminentes quam coelen uocant . thessaliæq; transeunti
confragosa loca implicataq; flexibus ualluum uasti ubi uentum ad hanc urbem est repente uelut
maris uasti sic immensa panditur planities ut subiectos campos terminare oculis haud facile queas
eo miraculo thaumacin appellati . nec altitudine solum tuta urbes . sed quod saxo undiq; absciso
rupibus imposita est . hæ difficultates & quod haud satis dignum tanti laboris periculiq; præmii
erat ut absisteret incepto philippus effecerunt . Hiemps quoq; iam instabat cum inde abscessit
& in macedoniam in hiberna copias reduxit . Ibi cæteri quidem data quacumq; quiete tempo
ris simul animos corporaq; remiserant . Philippum quium ab assiduis laboribus tum etiam pugnaq;
laxauerat animus tanto magis intentum in uniuersum euentum belli curæ agunt . non hos
tis modi timentem qui terra mariq; urgebant . Sed nunc socios nunc etiam popularium ani
ne & illi ad spem amicitiæ romanos deficerent & macedonas ipsos cupido nouandi resca
peret . Itaq; & in achaiam legatos misit simul qui iusiurandum ea enim pepigerant quot
annis iuraturos in uerba philippi exigerent simul qui redderent acheis orchomenon & the
ran & triphilian eleis aliphera . contendentibus numq; eam urbem fuisse ex triphilia sed sibi de
bere restitui quia una esset ex iis quæ ad condendam megalenpolin ex concilio archadum
contribuere forent . Et cum acheis quidem phæc societatem firmabat macedonum animos
cum heraclide . nam cum maxime mundiæ sibi esse cerneret multis criminibus onera
tum in uincla coniecit ingenti popularium gaudio bellum si quando unq; ante aliasq; cum
magna cura apparauit . exercitusq; in armis & macedonas & mercēnarios milites . Prin
cipioq; ueris cum athenagora omnia externa auxilia quodq; leuis armaturæ erat in chao
niam per epirum ad occupandas quæ ad antigoneam fauces sunt stena uocant græci mi
sit . Ipse post paucis diebus grauiore secutus agmine cum situm omnem regionis aspexisset &
maxime idoneum ad muniendum locum credidit esse præter amnem aoum . Is inter mon
tes quos altos meropum . altos asnaum incolæ uocant angusta ualle fluit uter exiguū
super ipsam prebens . Asnauum athenagoram cum leui armatura tenere & cōmunire uibi &
Ipse in meropo posuit castra qua abscisæ rupes erant statio paucos armatos tenebat qua

gnandum subire iubet. Quos ubi arma signaq; lacetam cognouere memores q̃ sepe in agro
eos impune pultassent quotiens ipsos signis collatis fudissent fugassentq; parefacta repen
te porta in eos erumpunt. Vix clamorem eos nedum impetum sustinere. Quod
postq̃ fugarius ratus erat consul fieri iuam iubet equo citato subter murum hostium ad co
hortes aduehitur. Atq; eas arreptas effusis omnibus ad sequendos fugientes qua silentium
ac solitudo erat in urbem inducit primusq; omnia cepit q̃ se reciperent lacetani. Mox ipsos
nihil praeter arma habentis in deditionem accepit. confestim inde uictor ad regium ducit
castrum. Receptaculum id maxime predonum erat & inde incursiones in agros pacatos pro
uinciae fiebant. Transfugit inde ad consulem princeps uergestanus & purgare se ac popu
laris cepit non esse in manu ipsis rem publicam praedones receptos totum sine potestate id castrū
fecisse. Consul cum domum redire confecta aliqua probabilia cur abstinuisse causa uisus cum
se muros subisse cerneret intentosq; praedones ad uenda menia esse tum unum cum sine factionis
hominibus memminisset arcem occupare. Id ut praeceperat factum repente ancepsterror hinc
muros ascendentibus romanis illinc arce capta barbaros circumuasit. huius potius loci consul
eos qui arcem tenuerant liberos esse cum cognatis suaq; habere iussit. Bergustanos ceteros quae
stori ut uenderet imperauit. de praedonibus supplicium sumpsit. Pacata prouincia uectigalia
magna instituit. ex ferrariis argentariisq; quibus tum instituis locupletior in dies prouincia
fuit. Ob has res gestas supplicationes in triduum patres decreuerunt. Eadem aestate alter consul
ualerius flaccus in gallia cum bonis manus propter hiemem siluam sigmis collatis secundo praelio
confixit. Octomilia gallorum caesa traduntur ceteri omnes in uicos suos atq; agros dilapsi. Consul
reliquum aestatis circa padum placentiam & cremonae exercitum habuit restitutaq; quae in is
oppidis bello diruta fuerant. Cum hic status rerum in italia hispaniaq; esset. T. quintius in graecia
ita hibernis actis ut exceptis aetholis quibus nec prospere uictoriae praemia contigerant nec dum
quies placere poterat uniuersa graecia simul pacis libertatisq; perfruens bonis egregie statim suo gau
dere. Nec magis in bello uirtutem romanam ducis q̃ in uictoria temperantiam iustitiamq; & mode
rationem mirarentur. Senatusconsultum quo bellum aduersus nauim lacedemoniorum decretū
erat affertur quo lecto quinctius conuentum corynthum omnium sociorum cuitatium legatio
nibus in diem certam edicit. Ad quam ubi frequentes undiq; principes conuenerunt ita ut
in ea nec aetholi quidem abessent tali oratione est usus. Bellum aduersus philippum non ma
gis cōmuni animo consilioq; romani & graeci gesserunt q̃ utriq; suas causas belli habuerunt. Nā
& romanorum amicitiam nunc carthaginiensis hostis eorum uiuando nunc hic socius nostris oppugnan
dis uiolauerat & in nos talis fuit ut nobis etiam si nostrarum obliuisceremur iniuriarum uestrae in
uriae satis digna causa belli fuerit. hodierna consultatio tota ex uobis pendet. Refero enim ad
uos utrum agros sicut sensistis ab nauide occupatos pati uelitis sub ditione eius esse an aequum

censeatis nobilissimam uetustissimamq; ciuitatem in media græcia sitam repeti in libertatem &
eodem statu quo ceteras urbes peloponnensi & græciæ esse. Hæc consultatio ut uideris tota de re
pertinente ad uos est. romanos nihil contingit nisi quatenus libertatem græciæ unius ciuitatis
seruitus non plenam nec integram gloriam esse sinit. Ceterum si uos nec cura eius ciuitatis
nec exemplum nec periculum mouet ne serpat latius contagio eius mali nos equi boniq; faci
mus. De hac re uos consulo statuitis eo quod plures censueritis. Post orationem romani impe
ratoris percensen alioq; sententiæ ceptæ sunt. Cum legatum atheniensium q̃ tum poterat
gratius agendis romanoq; in græciam meritis extulisset implorates auxilium aduersus tyran
num philippum tulisse opem non rogatos ultro aduersus tyrannum nauim offerre auxilium. In
dignatusq; essa hæc tanta merita sermonibus tamen aliquoq; carpi futura calumniantium cũ
fateri potius præteritoq; gratiam deberent apparebat incensos ætholos. Igitur alexander prĩ
ceps gentis iuuentus primum in athenienses libertatis quondam duces & auctores assentatio
nis proprie grata cõmunem causam prodentis quæstus deinde est achæos philippi quondam
milites ad postremum adinquinata fortuna eius transfugas & corynthium recepisse. & id agere
ut agros habeant ætholos primum hostes philippi semper socios romanoq; pactos in fœdere
suas urbes agrosq; fore deuicto philippo fraudari echinco & pharsalo insimulauit fraudis ro
manos quod uano titulo libertatis ostentato calchidem & demetriadem præsidis tenerent
Qui philippo cunctanti deducere inde præsidia obicere semper solin sunt nunq̃ donec demetri
as calchis & corynthus tenerentur liberam græciam fore. Postremo quia manendi in græcia
retinendiq; exercitus argos & nauium causam facerent deportarent legiones in italiam. Ætho
los pollicen aut condicionibus & uoluntate sua nauium præsidium argis deducturum. aut in
atq; armis coacturos in potestate consentientis græciæ esse. hac uaniloquentia primum ari
sthenum prætorem acheoq; excitauit. Me istuc inquit iupiter optimus maximus sinat
unoq; regina. huius in tutela argi sint ut illa ciuitas inter tyrannum lacedemonium &
latrones æthelos præmium sit posita in eo discrimine ut miserius a nobis recipiatur q̃ ab illo
capta est. Mare interiectum ab istis prædonibus non tuetur. nos. T. quum. quid si in me
dia peloponẽnesso arcem sibi fecerint futurum nobis est. Linguam tantum græcoq; habent
sicut speciem hominum moribus ritibusq; efferatioribus q̃ ulli barbari ĩmanes beluæ uuum.
Itaq; uos rogamus romam & ab nauide argos recipiens & ita res græciæ constituatis ut ab
latrocinio quoq; ætholoq; sanis pacata hæc relinquatis. Romanus cunctis undiq; increpamb
æthelos responsurum se fuisse ut dixit. nisi ita infensos omnis in eos uideret ut sedandi po
tius q̃ irritandi essent. Contentum itaq; opinione ea quæ de romanis ætholisq; esset refer
re se dixit quid de nauis bello placeret nisi redderet acheis argos. Cum omnes bellum de
crenissent auxilia ut pro uiribus suis quæq; ciuitates mitterent est hortatus. Ad æthelos
legatum etiam misit magis ut nudaret animos id quod euenit q̃ spe impetrari posse tribu
nis militum ut exercitum ab elatia accerserent imperauit. Per eosdem dies & antio
chus legatis de societate agentibus respondit nihil se absentibus decem legatis sententiæ
habere romam eundum ad senatum iis esse. Ipse copias adductas ab elatia ducere argos

pergit. Atq; ea circa cleonas aristenus prætor cum decē milibus achaiq; equi milibus occurrit & haud procul inde iunctis exercibus posuerunt castra. Postero die in campum argiuoq; descenderunt. & quattuor fere milia ab argis locum castris capiunt. Præfectus præsidio laconum erat pythagoras gener idem tyranni & uxoris cuius frater qui sub aduentum romanoq; & utraq; arces nam duas habent argi & loca alia quæ opportuna aut suspecta erant ualidis præsidiis firmauit.

Sed inter agenda hæc pauorem iniectum aduentu romanoq; dissimulare haudquaq; poterat & ad externum terrorem intestina etiam sedmo accessit. Damocles erat argiuus adolescens maioris animi q; consilii. Qui primo iureiurando interposito de præsidio expellendo cum idoneis colloquiis dum ires adiicere coniurationi studet incautior fidei extimator fuit. Colloquē tem eum cum suis satellesq; a præfecto missus cum accerseret sensit prodituum consilium esse hortatusq; coniuratos qui aderant ut potius q; extorti morerentur arma secum caperent

Atq; ita cum paucis in forum ire pergit clamitans ut qui saluam rem p. uellent auctorē & ducem se libertatis sequerentur. Haud sane mouit quemq; quia nihil usq; spei propinq; nedum satis firmi præsidii cernebant. Hæc nociferantem cum lacedemonii circūuentum cum suis interfecerunt. Comprehensi deinde quidam & alii ex iis occisi pluresq; pauci in custodiam coniecti. Proxima nocte fumibus p murum demissi ad romanos transfugerunt

Quintus affirmantibus iis si ad portas exercitus romanus fuisset non sine effectu motum eum futurum fuisse si propius castra admouerentur non quieturos argos. Misit expeditos pedites equitesq; qui circa ciarabim gymnasium id est minus. ccc. passus ab urbe cum eum pentibus a porta lacedemonis prælium cōmiserunt. Atq; eos haud magno certamine compulerunt in urbem & castra eo ipso loco ubi pugnatum erat imperator romanus posuit. Die unum in speculis fuit si quid noui motus oriretur. Postq; oppressam metu ciuitatem uidit aduocat consilium de oppugnandis argis omnium principum græciæ præter aristenum

Eadem sententia erat cum causa belli non alia inde esset. Dein possimum ordinandi belli quinto id nequaq; placebat & aristhenum contra omnium consensum dissentiem cum haud dubia approbatione audiuit & ipse adiecit cum argiuis aduersus tyrannum bellū susceptum sit quid minus conueniens esse q; omisso hoste argos oppugnari. Se ū caput belli lacedemones & tyrannum petiturum & dimisso consilio frumentatum expeditas cohortes misit. Quod maturi erat circa demessum & coniectum est. Uiride ne hostes mox haberent protritum & corruptum. Castra deinde mouit & phanteno superato mōte præter tergeam tertio die ad carias posuit castra. Ibi primū q; hostium innaret agrū socioq; auxilia expectauit. Venerunt macedones a philippo. cc. & d. & thessaloq; equites quadringenti nec iam auxilia quoq; affatim erat sed cōmeatus finitimis urbibus impetu morabantur romanum. Nauales quoq; magnæ copiæ conueniebant. Iam ab leucade l. quintus. xl. nauibus uenerat. Iam rhodiæ. x. & viii. tectæ naues. Iam eumenes rex circa cicladas insulas erat cum. x. tectis nauibus. xxx. lembis mixtisq; aliis minoris formæ nauibus. Ipsoq; quoq; lacedemonioq; exules permulti tyrannoq; muria pulsi spe recuperandæ patriæ in castra romana conuenerunt. Multi autem erant iam

p aliquot ætates ex quo tyranni tenebant lacedemonem alii ab aliis expulsi. Princeps erat exulum agesiopolis cuius iure genus regnum lacedemone erat pulsus infans ab lycurco tyranno post mortem cleomenis qui primus tyrannus lacedemone fuit. Cum terra mariq; tantum bellum circumstaret tyrannum & prope nulla spes esset uires suas hostiumq; estimāti non tamen omisit bellum. Sed á creta mille delectos iuuentutis eoq; excuit. Cum mille iam haberá & tria milia mercenariorq; milium decēmilia popularium cum castellis agrestibus in armis habuit & fossa ualloq; urbem communit & ne quid intestini motus oriretur metu & acerbitate penaq; tenebat animos quoniam ut saluum uellent tyrannum sperare non poterat. Cum suspectos quosdam cuiusq; eductis in campum omnibus copiis positis armis ad contionem uocari iubet lacedemonios atq; eoq; contionē satellites armatos circundedit & pauca præfatus cur sibi omnia timenti cauentiq; ignoscendum in tali tempore foret & ipsorq; referre siquos suspectos haberet præsens rei faceret prohiben potuit ne quid moliri possint q̄ primi molientes. Itaq; quosdam se in custodia habiturum donec ea quæ instat tempestas præterierat hostibus repulsis. á quibus si modo prodito intestina satis cauetur minus periculi esse exemplo eos emisit. Sub hec ciuium nomina octoginta ferme principum iuuentutis iussit. atq; eos ut quisq; ad nomen responderat in custodiam tradidit. Nocte insequenti omnes interfecti. Horaq; deinde quidam ii sunt iam inde antiquitus castellani agreste genus transfugere uoluisse insimulati per omnes uicos sub uerberibus aeti necantur. hoc terrore obstupuerant multitudinis animi ab omni conatu nouorq; consiliorq;. Intra mœnia copias continebat. nec parem se uiribus si dimicare acie uellet & urbem relinquere tam suspectis & incertis omnium animis metuens.

Quintus satis iam omnibus paratis profectus a statuis die altero ad sellasiam supero omnia flumini peruenit. Quo in loco antigonus macedonum rex cum cleomene lacedemoniorq; tyranno signis collatis dimicasse ducebatur. Inde cum audisset ascensum difficilis & arte uie esse breuem p montis circuitu præmissis qui munirent uiam lato satis & patenti limite ad euroten amnem sub ipsis prope fluentem mœnibus peruenit. Vbi castrametantes romanos quintumq; ipsum cū equitibus atq; expeditis prægressum auxilii tyranni adorti ingentem terrorem ac tumultum coniecerunt nihil tale expectantis. Quia nemo is obuius toto itinere fuerat ac uelut pacato agro transierant aliquādiu peditibus equites equitibus pedites uocantibus cum inse cuique minimum fiduciæ esset trepidatum est. Tandem signa legionum supuenerunt. et cum primi agminis cohortes inductæ in prælium essent. qui modo terrori fuerant trepidantes in urbem compulsi sunt. Romani cum tantum á muro recessissent ut extra ictum teli essent acie directa paulisper steterunt. Postq̄ nemo hostium contra exibat redierunt in castra. Postero die quintus prope flumen præter urbem sub ipsas menelai montis radices cum duceret copias instructas pergit. Primæ legionariæ cohortes ibant. leuis armatura & equites agmen cogebant. Nauis intra murum instructos paratosq; sub signis habebat mercenarios milites in quibus omnis fiducia erat ut ab tergo hostem aggrederentur. Postq̄ extremum agmen preterit tum ab oppido eodem quo pridie eruperant tumultu pluribus simul locis erumpunt. Appius claudius agmen cogebat quia id quod futurum erat ne ino

pinatum accidere præparant suos animis signa extemplo conuertit torumq; in hostem agmen ar
cumegit. Itaq; uidit recte acies concurrisset uisum aliq̃du prelium fiut. Tandem nauidis mi
tes in fugam inclinarunt quæ minus trepida fuisset ni achei locos prudentes instituissent. Ii & cæ
des ingentes ediderunt & dispersos passim fuga plerosq; armis exuerunt. Quintus prope amicas po
sunt castra unde cum perpopulatus omnia circumiecta urbi frequentis & amœnos agri loca esset
nullo iam hostium porta excedente mouit castra ad fluuium aranta. Inde uallem taygeto sub
iectam agrosq; ad mare pinentis euastat. Eodem tempore. L. quintus maritimæ oræ oppida par
tim metu aut ui recepit partim uoluntate. Certior deinde factus cythium oppidum omnium ma
rimas Lacedemonis receptaculum esse nec procul a mari castra romana abesse omnibus id copis ag
gredi constituit. Erat eo tempore ualida urbs a multitudine ciuium incolaq; & omni bellico ap
paratu instructa. In tempore quinto rem haud facilem aggrediem rex eumenes & classis rhodios
supuenerunt. Ingens multitudo naualium socios e tribus concreta classibus intra pancos dies om
nia quæ ad oppugnationem urbis terra mariq; munite facunda opera erant effecit. Iam testudi
nibus admotis murus subruebatur iam arietibus quatiebatur. Itaq; una crebris ictibus cuersa est tur
ris quodq; circa murum erat casu cuius prostratum. & romani simul a portu unde aditus planior erat
ut discederent ab apertiore loco hostis simul p patefactum ruina uiam irrumpere conantur. Nec
multum abfuit quin qua intenderent penetrarent. Sed tardauit impetum eos spes obiecta de
deditionis urbis. Mox deinde eadem turbata dexagoridas & gorgopas pari imperio preerant urbi.
D exagoridas miserat ad legatum romanum tradituros urbem. & cum ad eam rem tempus & ratio
conuenisset a gorgopa proditor interficitur. Interimq; ab imo urbs defendebatur & difficilior
facta oppugnatio erat. m. T. quintus cum quattuor milibus delectos multum supuenisset. Is
cum supero haud procul distantis tumulo ab urbe instructam aciem ostendisset & ex altera pte
L. quintus ab operibus suis terra mariq; instare tum uera desperatio gorgopan quoq; cogit id con
silii quod in altero morte uindicauerat capere. & pactus ut abducere inde milites quos presidii
causa habebat liceret. tradit quinto urbem. Prius q̃ gythium traderet pythagoras prefectus
argis relictus tradita custodia urbis timocrati pellenensi cum mille mercenariis militibus & duo
bus milibus argiuos Lacedemonem ad nauim uenit. Nauis sicut primo aduentu romanæ classis &
traditione oppidos maritimæ oræ conterritus erat sic parua spe cum acquieuisset a gytheo ab sinu
retento postq̃ id quoq; traditum romanis audiit esse cum ab terra omnibus circa hostibus in
hil spei esset a mari quoq; toto se intercluisim. cedendum fortunæ ratus caduceatorem primũ
in castra misit ad explorandum si paterentur legatos ad se mitti qua impetrata re pythagoras
ad imperatorem uenit nullis alios mandatis q̃ ut tyranno colloqui cum imperatore liceret.
C onsilio aduocato cum omnes dandum colloquium censuissent dies locusq; constituitur. In medie
regionis tumulos modicis copiis sequentibus cum uenissent relictis ibi in statione conspecta utriq;
cohortibus nauis cum delectis custodibus corporis. quintus cum fratre & eumene rege & sosilla
rhodio & aristheno acheos tribunis tribunisq; militum paucis descendit. Ibi prmisso ut seu dicere
prius seu audire mallet ita cepit tyrannus. Ipse per me quinto uosq; qui adestis causam ex
cogitare cur mihi aut indixisseris bellum aut inferretis possem tacitus eventum fortunæ meæ

expectassem. Nunc imperare animo nequeo quin prius q̃ perirem cur periturus essem scirem.
Et hercule si tales essent quales esse carthaginenses fama est apud quos nihil societatis fides esset haberet in me quoq; uobis quid faceretis minus pensi esse non mirarer. Nunc cum uos intueor romanos esse qui res diuinas foedera humanas fidem socialem sanctissimam habeatis. cum me ipse respexi eum esse spero cui & publice sicut ceteris lacedemonius uobiscum uetustissimum foedus sit & meo nomine priuatis amicitia ac societas nuper philippi bello renouata. At enim ego uo lam & euerti quod arguitis cunctatem teneo. Quomodo hoc uitari re an tempore? Res mihi duplicem defensionem tribuet. Nam & ipsis uocantibus ac tradentibus urbem eam accepi non occupaui & accepi urbem cum philippi partium non mea societate essem. Tempus autem me liberat quod cum argos haberem societas mihi uobiscum conuenit & ut uobis mitterem ad bellum auxilia non ut argis praesidium deducerem pepigistis. At hercule in ea controuersia quae de argis est superior sum & aequitate rei quod non uestram urbem sed hostium quod uolentem non incautam accepi & uestra confessione quod in dictionibus societatis argos mihi reliquistis. Caeterum nomen tyranni & facta praemunt quod seruos ad libertatem uoco quod in agros inopem plebem deduco. De nomine hoc respondere possum me qualiscunq; sim eum esse qui fiu cum tu ipse mecum. T. quum societatē pepigisti. Tum me regem appellari á uobis memini nunc tyrannum uocari uideo. Itaq; si ego mihi nomen imperii mutassem meae inconstantiae cum uos mutetis uobis uestrae reddenda ratio est quod ad multitudinem seruis liberandis auctam & egenis diuisum agrum attinet. Possum quidem & in hoc me uitae temporis tutari. Nam feceram haec qualiacunq; sunt cum societatem mecum pepigistis & auxilia in bello aduersus philippum accepistis. Sed si nunc ea fecissem non dico quod in eo uos lesissem aut uestram amicitiam uiolassem. sed illud me more atq; instituto maiorum fecisse nolite ad uestras leges atq; instituta exigere ea quae lacedemone fiunt. Nihil comparare singula necesse est uos á censu equitem á censu peditem legitis & paucos excellere opibus plebem subiectam esse illis uultis. Noster legum lator non in paucorum manu rem p. esse uoluit quem uos senatum appellatis. nec excellere unum aut alterum ordinem in ciuitate sed per aequationem fore ad dignitates credidit ut multi essent qui arma pro patria ferrent. Pluribus ipsemet egisse q̃ pro patria sermone breuitatis fateor & breuiter poratum esse potuit. Nihil me postq̃ uobiscum institui amicitiam cur eius uos paenitere cōmisisse. Ad haec imperator romanus amicitia & societas nulla tecum nobis. sed cum pelope rege lacedemoniorum iusto ac legitimo facta est. Cuius ius tyranni quoq; qui postea p uim tenuerunt lacedemone imperium quia nos bella nunc punica nunc gallica nunc alia ex alia occupauerant usurparunt sicut tu quoq; hoc macedonico bello fecisti. Nam quid minus conuenire q̃ eos qui pro libertate graeciae aduersus philippum gereremus bellum cum tyranno instituere amicitiam? & tyranno q̃ qui unq̃ saeuissimo & uiolentissimo in suos. Nobis uero etiam si argos nec cepisset p fraudem nec teneret liberantibus omnem graeciam lacedemon quoq; uindicanda in antiquam libertatem erat. atq; in leges suas quam modo tanq̃ emulus naucurgi mentionem fecisti. an ut ab naso & bargilli praesidia philippi deducantur curae erit nobis argos & lacedemonem duas clarissimas urbes lumina quondam graeciae sub pedibus tuis relinquemus

quæ tumulum nobis libertatis græciæ seruientis deformem. At enim cum philippo arguu sensimus. re
mittimus hoc tibi ne nostram uicem uiscaris. Satis compertum habemus duos aut summum trium
in ea re noxiatis culpam esse tam hercule q̃ in te tuoq; præsidio arcessendo accipiendoq; in arcẽ
nihil sit publico consilio actum. Thessalos & phocensis & locrensis consensu omnium scimus partũ
philippi fuisse tamen cum ceteram liberaturus græciam quid tandem censes in arguis qui inson
tes publici consilii sint facturos. Seruos ad libertatem uocatos & egentibus hominibus agri
duuisi crimina tibi obici ducebas. non quidem nec ipsa mediocria. sed quid ista sint pro iis
quæ á te tuisq; quotidie alia super alia facinora edantur? Exaberes liberam contionem
uel argis uel lacedemone sicut ire unus uerba dominationis impotentissimæ crimina in
omnia alia uetustiora omittam quam cædem argis pythagoras iste gener tuus pene in ocu
lis meis edidit? Quam ipse cum iam prope in finibus lacedemoniorum essem? Agedum
quos contione comprehensos omnibus audientibus tuis in custodia te habiturum esse pronũ
tiasti iube unctos produci miseri parentes quos falso lugent uiuere sciant. Enim ut
iam ita sint hæc qd ad uos romam? Hoc tu dicas liberantibus græciam socios qui ut libe
rare possent mare traiecerunt terra mariq; gesserunt bellum. Vos tamen inquis uestrãq;
amicitiam ac societatem populi romani non uiolam. quotiens uis te id arguam fecisse?
Sed nolo pluribus summam rem complectar. Quibus igitur rebus amicitia uiolatur? nẽ
pe iis maxime duabus. si socios meos pro hostibus habeas. si cum hostibus te coniungas.
Verum non á te factum est? Nam & me esse nudo atq; eodem genere federis quo & lacedemonem
in amicitiam nostram acceptam socios ipse sociam nobis urbem ui atq; armis cepisti. & cum philip
po hoste nostro non societatem solum sed si dis placet affinitatem etiam per philoclen præfectum
eius pepigisti & bellum aduersus nos gerens mare circa maleum infestum nauibus piraticis fecisti
& plures prope cunes romuleos q̃ philippus cepisti atq; occidisti. Tutiorq; macedoniæ ora q̃ promũ
torium maleæ commeatus ad exercitus nostros portantibus nauibus fiunt. Proinde parce sic fidẽ
ac iura societatis iactare & omissa populari oratione tanq̃ tyrannus & hostis loquere. Sub hæc
aristenus nunc monere nauum nunc etiam orare ut dum licere & dum occasio essa sibi ac fortunis
suis consuleret. Et referre deinde nominatim tyrannos ciuitatum finitimas cepit qui de
posito imperio restitutaq; libertate suis non tutam modo sed etiam honoratam inter cunes sene
tutem egissent. his dictis inuicem audituq; nox prope diremit colloquium. Postero die nauis
argis secedere ac deducere præsidium quod ita romanis placeret & captiuos & perfugas reddituz
dixit. Aliud siquid postularent scriptum ut ederent petit ut deliberare cum amicis posset. Itaq;
ut tyranno tempus datum ad consultandum est & quoniam socios etiam principibus adhibuis ha
buit consilium. Maxime partis sententia erat perseuerandum in bello esse & tollendum tyrannũ.
nunq̃ aliter tutam libertatem græciæ fore. Satius multo fuisse non moueri bellum aduersus eum
q̃ omnium motum. & ipsum uelut comparatam dominationem firmiorem futurum auctore inuasti
imperii assumpto P. R. Et extemplo multos in alias ciuitatibus ad insidiandum libertati ciuium
suoz incitaturum ipsius imperatoris animus ad pacem inclinatior erat. Videbat in compulso intra
mœnia hoste nihil præter obsidionem restare. eam autem fore & diuturnam. Non enim gytheũ

quod ipsum tamen tradium non expugnatum esset sed lacedemonem ualidissimam urbem uiris ar
misq; oppugnaturos. Vnam spem fuisse si qua admouentibus exercitum dissensio inter ipsos ac sedi
tio excitari posset cum signa porus prope inferri cernerent neminem se mouisse. Adiciebat & cum
antiocho infidam pacem. uillium legatum inde redeuntem nuntiare multo maioribus q̃ ante ter
restribus nauibusq; copis in europam transisse. Si occupasset obsidio lacedemonis exercitum quib⁹
alius copis aduersus regem tam ualidum ac potentem bellum gesturos. Haec propalam dicebat. illa
tacita subiciebat cura ne nouus consul graeciam prouinciam sortiretur & inchoati belli uictoria suc
cessori tradenda esset. Cum aduersus tendendo nihil moueri socios simulando se transire in eoꝝ sen
tentiam omnis in assensum consilii sui traduxit. Bene uertat inquit obsideamus lacedemonem
quando ita placet. Ceterum cum res tam lenta q̃ ipsi scimus oppugnatio urbium sit. & obsidentibus
pruis sepe q̃ obsessis tedium afferat iam nunc hoc ita proponere uos animis oportet. hibernandum
circa lacedemonis moenia esse. Quae mora si laborem tantum ac periculum haberet ut & animis
& corporibus ad sustinenda ea paratos esse uos hortarer uos. Nunc impensa quoq; magna eget in opera
in machinationes & tormenta quibus tanta urbs oppugnanda est. in cõmeatus uobis in hiemem ex
pediendos. Itaq; ne aut repente trepidetis aut rem inchoatam turpiter desinatis scribendum ante
uestris cuntantibus censeo. explorandum quid quisq; animi quid uirium habeat auxilioꝝ sanis supq;
habeo. Sed quo plures simus pluribus rebus egebimus. nihil iam praeter nudum solum ager hostium ha
bet. Ad hoc hiemps accedet ad comportandum ex longinquo difficilis. Haec oratio primum animos
omnium ad respicienda cuiq; domestica mala conuertit. Segnitiam uanitatem & obtrectationem domi
nantium aduersus militantis. Libertatem difficilem ad consensum. Inopiam publicam maligni
tatem conferendi ex priuato. Versis itaq; sub id uoluntatibus facere quod e re p. P.R. sociorumq; esse
crederet imperator pmisit. Inde quintus adhibitis legatis tantum tribuitq; militum condi
tiones in quas pax cum tyranno fieret has conscripsit sex mensium induciae ut essent habiti roma
nisq; & carnem regi & rhodiis. Legatos extemplo mitterent romam. T. quintius & nabis ut pax
ex auctoritate senatus confirmaretur. ex qua die scriptae conditiones pacis edictae nabidi foret
E a die sui inducias principum esset & ut ex ea die intra decimum diem ab argis ceterisq; oppi
dis quae in argiuo agro essent praesidia omnia deducerentur uacuaq; & libera traderentur roma
nis & ne quod inde mancipium regium publicumue aut priuatum educeretur. & si qua ante
educta forent domini recte restituerentur. Naues quas cuntantibus maritimis ademisset redde
ret. neue ipse nauem ullam praeter duos lembos qui non plus q̃ sedecim remis agerentur habera
P erfugas & captiuos omnibus sociis. P.R. cuntantibus redderet messenios. Omnia quae compareret
quaeq; domini cognoscerent exulibus quoq; lacedemoniis liberos coniuges restitueret quae eam
uiros sequi uoluissent inuita ne qua ex illis comes esset. Mercennariorum militum nabidis qui aut
in cuntates suas aut romanos transissent. ut res sue omnes recte redderentur. In creta insula
ne quam urbem haberet quae habuisse reddere romanis. ne quam societatem cum ullo creten
sium aut quoq̃ alio inhiberet. neu bellum gereret. Cuntantibus omnibus quasq; & ipse restitu
isset quaeq; se suaq; in fidem ac dicionem P.R. tradidissent. omnia praesidia deduceret seq; ipse
suosq; ab iis abstineret ne quod oppidum ne quod castellum in suo alieno ue agro conderet.

obſideſ ea uta futura daret . Quinq; quoſ imperatori romano placuiſſe filium in uſ ſuum & talenta centum argenti in præſenti & .l. talenta in ſinguloſ annoſ p annoſ octo . hæc conſcripta caſtriſ pro puſ urbem motiſ lacedemonē mittuntur . Nec ſane quicq̄ eoꝝ ſatiſ placebat tyramno niſi quod præter ſpem reducendoꝝ exulum mentio nulla facta erat . Maxime autem omnium ea reſ offen debat quod & nauef & marmum e cuntateſ adempte erant . Fuerat autem ea magno fructu ma re . omnem oram maleo naubuſ infeſtam habenti . Iuuentutem præterea cuntarum eaꝝ ad ſup plementum longe optimi generiſ militum habebat . haſ conditioneſ q̄quam ipſe in ſecreto uoluta uerat cum amicis uulgo tamen omneſ fama ferebant uanis ut ad ceteram fidem ſic ad ſecreta tegenda ſatellitum regioꝝ ingeniſ non tam omnia uniuerſi q̄ ea quæ ad quemq; punerent ſin guli carpebant . Qui exulum coniugeſ in matrimonio habebant aut ex bonis eoꝝ aliquid poſſi derent tanq̄ amiſſuri non reddituri indignabantur . Seruiſ liberatiſ tyramno non irrita modo futura libertaſ ſed multo fedior q̄ fuiſſet ante ſeruitiſ redeuntibuſ in iratoꝝ dominoꝝ poteſta tem ante oculoſ obuerſabatur . Mercennarii militeſ & præda militiæ caſura in pace egre ferebāt & redituu ſibi nullum eſſe in cuntateſ uidebant . Infenſa non tyramno magiſ q̄ militibuſ coꝝ hec inter ſe primo circuloſ ſerenteſ fremere . Deinde ſubito ad arma diſcurrerunt . Quo tumultu cū per ſe ſatiſ irritatam multitudinem cerneret tyrannuſ contionem aduocari uſſit . Ibi cum ea quæ imperarentur á romanis expoſiuſſe & grauiora atq; indigniora quædam falſo adiunxiſſe & ad ſingula nunc ab uniuerſis nunc á parubuſ contionis acclamareſ interrogauit quid ſe reſpondere ad ea aut quid facere uellent . Prope una uoce omneſ nihil reſpondere bellum geri uſſerunt . & pro ſe quiſque qualia multitudo ſolet bonum animum habere & bene ſperare uolentes fortes fortunam aduuare aiebant . his uocibuſ incitatuſ tyrannuſ & antiochum ætholoſq; aduu turoſ pronuntiat & ſibi ad obſidionem ſuſtinendam copiaꝝ affatim eſſe . Excideraſ pacis memo ex omnium animis & ſtationeſ non ultra quieturi diſcurrunt . Paucoꝝ excurſio laceſſentium & emiſſa tela extemplo & romanis dubitatione qui bellandum eſſet exemerunt . Leuia inde prælia p quatriduum primum ſine ullo ſatiſ certo euentu cōmiſſa . Quinto die prope uſta pugna adeo pauē teſ in oppidum lacedemonii compulſi ſunt ut quidam militeſ romani terga fugientium cedenteſ p intermiſſa ut tunc erant mœnia urbem intrent . Et nunc quidem quintuſ ſatiſ eo terrore coher citus excurſionibuſ hoſtium nihil præter ipſius oppugnationem urbiſ ſupereſſe ratuſ miſſiſ qui omniſ nauali ſocioſ a gytheo accerſerent ipſe interim cum tribuniſ militum ad uiſendum urbiſ ſitum me nia circumiechtur . Fuerat quondam ſine muro parata tyranni nuper locis patentibuſ planiſq; obiece rant murum . Aliora loca & difficilia aditu ſtationibuſ armatoꝝ pro munimento obiectis uirabant . Vbi ſatiſ omnia inſpexit corona oppugnandum ratuſ omnibuſ copiis erant autem romanoꝝ ſociorumq; ſimul peditum equitumq; ſimul terreſtrium ac naualium ad .L. milia hominum urbem cinxit . Alii ſcalaſ alii ignem alii alia quibuſ non oppugnarent modo ſed etiam terrerent portabant . Iuſſi clamore ſublato ſubire undiq; omneſ ut qua primum occurrerent quaque opem ferrent ad omnia ſimul pauen teſ lacedemonii ignorarent . Quod roboriſ in exercitu erat trifariam diuiſum parte una á phebeo al tera á dithimneo tertia ab eo loco quem heptagoniaſ appellant . Omnia autem hec aperta ſine muro loca ſunt aggredi iubet . Cum tantuſ undiq; terror urbem circumuaſiſſet primo tyrannuſ & ad cla

BIBLIOTECA MED. LAUR. FIRENZE

mores repentinos & ad nuntios trepidos motus ut quisq; maxime laborabat locus aut ipse occur
rebat aut aliquos mittebat. Deinde circumfuso undiq; pauore ita obtorpuit ut nec dicere quod
in rem esset nec audire posset. nec inops modo consilii sed uix mentis compos esset. Romanos pri
mo sustinebant in angustiis lacedemonii terni eq; acies tempore uno locis diuersis pugnabant. De
in crescente certamine nequaq; erat prælium par. missilibus enim lacedemonii pugnabant.
a quibus se & magnitudine scuti perfacile romanus tuebatur miles & quod alii uani alii leues
admodum ictus erant. Nam propter angustias loci confertamq; turbam non modo ad emitten
da cum procursu quo plurimum concitantur tela spatium habebant. sed ne ut de gradu quidē
libero ac stabili conarentur. Itaq; ex aduerso missa tela nulla in corporibus rara in scutis herebāt
á circumstantibus ex superioribus locis uulnerati quidam sunt. Mox progressos iam etiam ex te
ctis non tela modo sed tegulæ quoq; inopinantis perculerunt. Sublatis deinde supra capita scutis
conuniantsq; ita inter se ut non modo ad cecos ictus sed ne ad inferendum quidem ex propinquo
telum loci quicq; essa testudine facta subibant. Et primæ angustiæ paulisper sua hostiumq; referēte
turba tenuerunt. Postq; in patentiorem iam urbis paulatim urgentes hostes processere non ultra us
eo; atq; impetus sustineri poterant. Cum terga uertissent lacedemonii & fuga effusa superiora pete
rent loca nabis quidem ut capta urbe trepidans quanam ipse euaderet circumspectat. Pythago
ras cum ad cætera animo officioq; ducis fungebatur. Tunc ū unus ne caperetur urbis causa fuit
succendi enim ædificia proxima muro iussit. Quæ cum momento temporis arsissent ut aduman
tibus ignem qui alias ad extinguendum opem ferre solent ruere in romanos tecta nec tegulaq;
modo fragmenta sed etiam ambusta tigna ad armatos pueuire & flamma late fundi fumus
terrorem etiam maiorem q; periculum facere. Itaq; & qui extra urbem erant romanoq; tum
maxime impetus facientes recessere á muro. & qui iam intrauerant ne incendio ab tergo ori
ente intercluderentur ab suis receperunt sese. Et quintus postq; quid rei esset audit receptui
canere iussit. Ita iam capta urbe prope reuocati redierunt in castra. Quintus plus ex timore
hostium q; ex re ipsa spei nactus per triduum insequenti territauit eos nunc prælio lacessendo
nunc operibus intersepiendoq; quædam ne exitus ad fugam esset. Ins cōminationibus compul
sus tyrannus pythagoram rursus oratorem misit quem quintus primo aspernatum excedere
castris iussit. Dein supplicater orantem aduolutumq; genibus tandem audiit. Prima oratio
fuit omnia permittentis arbitrio romanoq;. Dein cum ea uelut uana & sine effectu nihil pro
ficerent eo deducte res ut iis condmonibus quæ ex scripto paucis ante diebus edite erant
indutiæ fierent pecuniaq; & obsides accepti. Dum oppugnatur tyrannus argiui nuntii alii
prope super alios afferentibus tantum non iam captam lacedemonem esse erecti & ipsi simul
eo quod pythagoras cum parte ualidissima præsidii excesserat contempta paucitate eoq; q
in arce erant duce archippo quodam præsidium expulerunt. Timocratem pellenensem qa
clementer præfuerat uiuum fide data miserunt. Huic læuinæ quintus superuenit pace da
ta á tyranno dimissisq; á lacedemone eumene & rhodius &. L. quintio fratre ad classem.
lera cuncta celeberrimum festoq; diez ac nobile ludicrum nemeoq; die stata propter belli
mala prætermissum in aduentum romani exercitus ducisq; indixerunt præfecerunt q ludis

ipsum imperatorem . Multa erant quæ gaudium cumularent reduces enes á lacedemone erant quos nuper pythagoras quosq; ante nabis abduxerat . Redierant qui post compertam á pythagora con uirationem & cede iam cepta effugerant . Libertatem ex longo interuallo libertatisq; auctores romanos quibus causa bellandi cum tyranno ipsi fuissent cernebant . Testata quoq; ipso nemeon die uoce preconis libertas est arguon . Achees q̃um restitum argi in cõmune achaie concilium leuinæ afferebant tantum serua lacedemon relicta lateri adherens tyranni non sincerũ gaudiũ præbebat . Ætholi ũ eam rem omnibus conciliis lacerare . Cum philippo non ante desitum bellari q̃ omnibus excederẽ græciæ urbibus . Tyranno relictam lacedemonem . Regem autem legiti mum qui in romanis præfuerat castris ceteroq; nobilissimos cuius in exilio uicturos nabidis do minantis satellitem factum . Titus romuleus quintius ab argis elatam unde ad bellum spar thanum profectus erat copias reduxit . Sunt qui non ex oppido proficiscentem bellum gessisse tyrannum tradant sed castris aduersus romana positis castra diuq; cunctatum cum ætholon auxilia expectasse & coactum ad extremum acie confligere . impetu in pabulatores facto eo prælio uictum castrisq; exutum pacem petisse cum cecidissent .xv. milium capta plus quattu ormilia essent . Eodem fere tempore & appio uto quintio de rebus ad lacedemonem gestis & á . M . portio consule ex hispania litere allate . Utriusq; nomine in dies ternos supplicatio ab senatu decreta est . L . ualerius consul cum post fusos circa uictanam siluam boios quietam prouin ciam habuisset communi causa romam rediit & creauit consules . P . cornelium scipionem africanũ uterum & ualerium sempronium longum . Horũ patres primo anno secundi punici belli consules fu erant . Prætoria inde comitia habita . creati . P . cornelius scipio & duo . C . cornelii merenda & blasio & . C . cornelius enobarbus & . sex . digitius & . T . uuentius alna . Comitiis perfectis consul in prouin ciam rediit . Nouum uisu eo anno á ferentinatibus tentatum ut latini qui in coloniam romanã nomina dedissent cives romani essent . Puteolos salernumq; & busenium adscripti coloni nomina dederant . & cum ob id se pro ciuibus romanis ferrent senatus iudicauit non esse eos ciues romanos

Principio anni quo . P . scipio africanus uterum & . T . sempronius longus consules fuerunt legati na bidis tyranni romam uenerunt duo . extra urbem in æde apollinis senatus datus est . Pax quæ cum . T . quintio conuenisse ut rata esset petierunt impetrarunt q . De prouinciis cum relatum esset senatus frequens in eam sententiam ibat ut quoniam hispania & macedonia debellatum foret consulibus ambobus italia prouincia esset . Scipio satis esse italiæ unum consulem censebat alteri macedoniam decernendam esse . Bellum graue ab antiocho imminere . Iam ipsum sua spõ te in europam transgressum quid demde facturum censerent . cum hinc ætholi haud dubie hostes uocarent ad bellum . illinc hannibal romanis cladibus insignis impator stimularet . Dum de pro uinciis consulum disceptatur prætores sortiti sunt . C . domitio urbana uris dicto . T . uuentio pe grina uenit . P . cornelio hispania ulterior . Sex . digitio citerior . sorte duobus cornelius blasio sici lia merendæ sardinia . In macedoniam nouum exercitum transportari non placuit cum qui esset ibi reduci in italiam á quintio ac dimitti . Item cum exercitum dimitti qui cum . M . por tio catone in hispania essẽt . Consulibus ambobus italiam prouinciam esse & duas urbanas scribere eo legiones ut dimissis quos senatus uoluisset exercitibus octo omnino romanæ legiones essent . Ver

ſacrum factum erat priore anno .M. porcio &. L. ualerio conſulibuſ. Id cum .P. licinius pontifex non eſſe recte factum collegio primum deinde ex auctoritate collegii patribuſ renunciaſſe denuo faciendum arbitratu pontificum cenſuerunt. Ludoſq magnoſ qui uná uoti eſſent tanta pecunia q̃a ad ſolerá faciendoſ. Verſacrum uideri pecuſ quod natum eſſet inter kł. martias & iduſ maias. P. ſapione cornelio &. T. ſempronio conſulibuſ. Cenſoꝝ inde comitia ſunt habita. creati cenſoreſ. Sex. æliuſ pætuſ &. C. corneliuſ cætheguſ. Principem ſenatorem. P. ſcipionem conſulem quem & priores cenſoreſ legerant legerunt. Triſ omnino ſenatoreſ neminem curuli honore uſum prætulerunt. gratiam quoque ingentem apud eum ordinem pepererunt quod ludiſ romaniſ ædilibuſ curulibuſ imperarent ut loca ſenatoria ſecernerent á populo nam antea in promiſcuo ſpectabant. Equitibuſ quoq; perpaucis adempti equi nec in ullum ordinem ſeuum. Atrium libertinaſ & uilla publica ab iiſdem refecta amplificataq;

V erſacrum ludiq; uotiuum quoſ nouerat. Ser. ſulpitius galba conſul facti. Cum ſpectaculo eoꝝ occupati animi omnium eſſent. Q. pleminius qui propter multa in deoſ hominesq; ſcelera locriſ admiſſa in carcerē coniectuſ fuerat comparauerat hominem qui plurimiſ ſimul locis urbiſ nocte incendia facerent ut in conſternata nocturno tumultu cuncta refringi carcer poſſet. Ea res indicio conſciꝝ palam facta delataq; ad ſenatum eſt. Pleminius in inferiorem demiſſus carcerem eſt nec aduſq; coloniæ ciuiū romanoꝝ eo anno deductæ ſunt. puteoloſ uolturnum liternum trecenti homines ſingulaſ. Itē ſalernum buxentumq; coloniæ ciuium romanoꝝ deductæ ſunt. Deduxere triumuiri .T. ſempronius longuſ qui tunc conſul erat. M. ſeruiliuſ. Q. minucius thermuſ. Ager diuiſuſ eſt qui campanoꝝ fuerat. ſipontum item in agrum qui arpanoꝝ fuerat coloniam ciuium romanoꝝ alii triumuiri. d. iunius brutuſ. M. bebius tamphiluſ. M. heluius deduxerunt. Tempſam item & crotonem coloniæ ciuium romanoꝝ deductæ. Tempſanuſ ager debruttiuſ captuſ erat. Bruttii græcoſ expulerant crotonem græci habebant. Terno uiri cꝛ. octauius. L. æmiliuſ paulluſ. C. lætoriuſ crotonem tempſam. L. corneliuſ merula deduxerunt. Quæ prodigia quoq; alia uiſa eo ānoromæ ſunt alia nuntiata. In foro & comitio & capitolio ſanguiniſ guttæ uiſæ ſunt & terra aliquotiens ſtint & caput uiſcam arſit. Nuntiatum eſt parte armilæ fluxiſſe pueroſ ingeniоſ arimini ſine oculiſ ac naſo & in piceno agro non pedeſ non manuſ habentem natum. Ea prodigia ex pontificum decreto procurata & ſacrificium nouendiale factum. quod hadriani nuntiauerant in agro ſuo lapidibuſ pluiſſe. In gallia. L. ualeriuſ proconſul circa mediolanum cum gallis inſubribuſ & boiiſ qui dorulato duce ad concitandoſ inſubreſ padum tranſgreſſi erant circa mediolanum ſignis collatis depugnauit. Decēmilia hoſtium ſunt cæſa. Per eoſ dies collega eiuſ M. porciuſ cato ex hiſpania triumphauit. Tulit in eo triumpho argenti infecti .xxv. milia auri pondo mille. Quadringentoſ militibuſ diuiſit in ſinguloſ ducenoſ ſeptuageноſ. eriſ triplex equiti. T. Sempronius conſul in prouinciam profectuſ in boioꝝ primum agroſ legioneſ duxit. Boiorex tum regulуſ eoꝝ cum duobuſ fratribuſ tota gente concitata ad rebellandum caſtra locis apertis poſuit ut appareret dimicaturoſ ſi hoſtiſ finiſ intraſſet. Conſul ubi q̃tæ copiæ q̃ta fiducia hoſti eſſet ſenſit nuntium ad collegam mittit ut ſi uideretur ei maturaret uenire. ſe tergiuerſando in aduentum eius rem extracturum. Quæ cauſa conſuli cunctandi eadem gallis præter q̃ quod cuncta no hoſtibuſ animoſ faciebat. Rei maturandæ erat quod priuſ q̃ conuungerentur conſulū copiae'

rem transigerent. Per biduum tamen nihil aliud q̄ steterunt paratu ad pugnam siquis contra egrederet
Tertio subiere ad uallum castraq; ab omni simul parte aggressi sunt. Consul arma extemplo capere in
stes iussit. Armatos inde paulisper continuit ut a stolidam fiduciam hosti augeret disponere copias
quibus quacq; portas erumperent. Duæ legiones duabus principalibus portis signa efferre iussæ. sed
ipso exitu ita confertæ constitere galli ut clauderent uiam. Dum in angustiis pugnatum est. nec
dextris magis gladiisq; geredmur res q̄ scutis corporibusq; ipsis obnixi urgebant romani ut signa
foras efferrent. Galli ut aut in castra ipsi penetrarent aut exire romanos prohiberent. Nec ante
aut in hanc aut illam partem mouere acies potuerunt q̄. Q. fictorius primipilo & .c. annis
quartæ hic ille secundæ legionis rem in asperis prælii sæpe tentatam signa adempta signiferis in
hostis tecerunt. Dum repetunt eruæ signum priores secundam se portæ iccere. Iam in extra uallū
pugnabant quarta legione in porta herente cum alius tumultus ex aduersa parte castroꝝ
exortus. In portam quæstoriam irruperant galli resistentisq; pertinaciꝰ occiderant. L. postumium
quæstorem cui tympano finit cognomen & .M. annium & sempronium præfectos socium & ducen
tos ferme milites. Capta ab ea parte castra erant donec cohors extraordinaria missa á consule ad
uendam quæstoriam portam & eos qui intra uallum erant partim occidit partim expulit castris
& irrumpentibus obstitit. Eodem fere tempore & quarta legio cum duabus extraordinariis cohor
tibus portæ irrupit. Ita simul tria prælia circa castra locis distantibus erant clamoresq; dissoni ad
incertos suoꝝ euentus á præsenti certamine auertebant animos pugnantium usq; ad meridiem
equis uiribus ac prope pari spe pugnantium est. Labor & æstus mollida & fluuida corpora gal
loꝝ & minime patientia sitis cum decedere pugna coegisset in paucos restantis imperium roman
fecerunt fusosq; compulerunt in castra. Signum inde receptui á consule datum est ad quod ꝑ
maior receperunt sese pars certaminis studio & spe potiundi castris hostium ꝑstitit ad uallū
Et ꝰ paucitate contempta galli uniuersi ex castris eruperunt. Fusi inde romani qui imperio con
sulis parere noluerant sine pauore ac terrore castra repetunt. Ita uaria hinc atq; illinc nunc fu
ga nunc uictoria fuit. gallorꝝ tamen ad .xi. romanorꝝ .v. simt occisa. Galli recepere in im
ma finium sese: consul placeniam legiones duxit. Scipionem alii commeto exercitu cum
collega per boiorꝝ agros populantem isse quoad progredi siluæ paludesq; passæ sint scribunt.
Alii nulla memorabili re gesta communꝝ causa redisse. Eodem anno .T. quintius dictator quo in
hiberna reduxerat copias totum hiemis tempus iure dicendo consumpsit. mutandisq; ius quæ aut
ipsius philippi aut prefectorꝝ eius licentia in ciuitatibus facta erant. Cum suæ factionis hom
num uires augendo ius ac libertatem aliorꝝ deprimerent. Veris inuio corynthum conuento
edicto uenit. Ibi omnium ciuitatum legationes in contionis modum circumfusas est allo
cutus ortus ab inita primum romanis amicitia cum græcorꝝ gente & imperatorꝝ qui ante
se in macedonia fuissent finisq; rebus gestis. Omnia cum approbatione ingenti sunt audita
præter q̄ cum ad mentionem habitis uentum esset. Id minime conueniens liberatæ græciæ
uidebatur tyrannum reliquisse non solum suæ patriæ grauem sed omnibus circa ciuitati
bus metuendum. Nec ignarus habitus animorꝝ quintius si sine excidio lacedemonis fieri po
tuisset farebatur pacis cum tyranno mentionem admittendam auribus non fuisse. Nunc

cum aliter q̄ ruina grauissimæ cuitatis opprimi non posset. Satius uisum esse tyrannum debi
litatum ac totis prope uiribus ad nocendum cuiq̄ ademptis relinqui q̄ interneci uehementio
ribus q̄ quæ pati possit remediis cuitatem finere in ipsa uindicta libertatis periturum. Præ
terito cōmemorationi subiecit proficisci sibi in italiam atq omnem exercitum deportare in
animo esse. Demetriadis calchidisq præsidia intra decimum diem audituros deducta. ac
corynthum ipsis extemplo uidentibus uacuum achæis traditurum. ut omnes scirent utrū
romanis an ætholis mentiri mos esset qui male comissam libertatem. P. R. sermonibus di
stulerint & mutatos pro macedonibus romanos dominos. Sed illis nec quid dicerent nec quid
facerent quicq̄ unq̄ pensi fuisse. Reliquas ciuitates monere ut factis non ex dictis amicos pen
sent intelligant quibus credendum & á quibus cauendum sit. libertate modice utantur
temperatam eam salubrem esse & singulis ciuitatibus esse. nimiam & alios grauem & ipsis
qui habeant præcipitem & effrenatam esse. Concordiæ in ciuitatibus principes & ordines
inter se & in cōmune omnes ciuitates consulerent. Aduersus consentientes nec regem
quemq̄ satis ualidum nec tyrannum fore. Discordiam & seditionem omnia opportuna insi
diantibus facere. cum pars quæ domestico certamine inferior sit externo potius se applicæ
q̄ cui cedat. Alienis armis partam externa fide redditam libertatem sua cura custodirēt
seruarentq; ut P. R. dignus datam libertatem. hunc munus suum bene positum sciret. has ue
luti parentis uoces cum audirent manare omnibus gaudio lacrimæ adeo ut ipsum quoq; con
funderent dicentem. Paulisper fremitus approbantium dicta fuit monentiumq; alios alios ut
eas uoces uelut oraculo missas in pectora animosq; demitterent. Silentio deinde facto petit
abis ut ciuis romanos siqui apud eos in seruitute essent conquisitos intra duos menses mitte
rent ad se in thessaliam. Ne ipsis quidem honestum esse in liberata terra liberatores ciuis seruire
Omnes acclamarunt gratias inter cætera etiam ob hoc agere quod admonuissent ut tam
pio ac necessario officio fungerentur. Ingens numerus erat bello punico captos quos hannibal
cum ab suis non redimerentur uenundederat. Multitudinis eius argumentum est quod po
libius scribit centum talentis eam rem achæis stetisse. cum quingentos denarios pretium in ca
pita quod redderentur dominis statuissent. Mille enim ducentos ea ratione achaia habuit
Adice nunc p portione quot ueresimile sit græciam totam habuisse. Nondum conuentus di
missus erat cum respicunt præsidium ab corintho descendens protinus duci ad portam atq
abire. Quius agmen imperatorem secutum prosequentibus cunctis seruatoremq; clamanti-
bus salutis dimissisq; die eadem qua uenerat uia etiam redit. Inde cum omnibus copiis appi
um claudium legatum dimittit. Per thessaliam atq; epirum ducere oricum uiæ atque
ibi se operiri. Inde nanq; in animo esse exercitum in italiam traicere. á primo quinctio
flamini legato á præfecto classis scribit ut onerarias ex omni græciæ ora eodem contrahere
Ipse calchidem profectus deductis non á calchide solum sed etiam ab oreo atq; eretria præ
sidiis conuentum ibi euboicæ ciuitatium habuit. admonitosq; in quo statu reip. accepisse
eos & in quo relinquere dimisit. Demetriadem inde proficiscitur. deductoq; præsidio pro
sequentibus cunctis sicut corynthi á calchide pergit ire in thessaliam. ubi non liberandæ

modo cuntates erant sed ex omni colluuione & confusione in aliquam tolerabilem formam redi
gend.e. Nec enim tempor modo diuitus ac uiolentia & licentia regia turbati erant sed ingeto
etiam ingenio gentis nec comitia nec conuentum nec concilium ullum non nisi per seditionem
ac tumultum iam inde á principio ad nostram usq. etatem traducentis. A censu maxime &
senatum & iudices legit. potentioremq. eam partem cuntatum fecit cui salua & tranquilla
omnia esse magis expediebat. Ita cum pensiusset thessaliam per epirum oricum unde erat
traiecturus uenit. Ab orico copie omnes brundusium transportate. Inde proram italiam ad
urbem prope triumphantes non minore agmine rex captam q. suo prefecto uenerunt. Post
q. romam uentum est senatus extra urbem quinto ad res gestas edisserendas datus est trium
phusq. meritus abluentibus decretus. Triduum triumphauit. Die primo arma tela signaq. erea
& marmorea transtulit. Plura philippo adempta q. que ex cuntatibus ceperat. secundo die aur.
argentumq. factum infectumq. & signatum. Infecti argenti fuit decem & octo milia pondo &
ducenta & septuaginta facti. Vasa multa omnis generis celata pleraq. quedam eximie ar
tis & ex ere multa fabrefacta. Ad hoc clupei argentei decem. Signati argenti octuaginta
quattuor milia fuere. Attico q. tetradrachmum uocant trium fere denariorum in singulis argenti
est pondus. Auri pondo fuit triamilia septingenta quattuordecim & clipeum unum ex
auro totum. & philippi nūmi aurei quattuordecim milia. drum. Terno die coronei aurei
dona cuntatum translatei centum quattuordecim & hostie ductie & ante currum multi
nobiles captiui obsidesq. inter quos demetrius regis philippi filius & armenes nabidis tyran
ni filius lacedemonius. Ipse deinde quintus in urbem est inuectus. secuti currum milites
frequentes in exercitu omni ex prouincia reportato. Ins duceni quinquageni eris in pe
dites diuisi duplex centurioni triplex equum prebuerunt. Spectem triumpho capitibus ta
sis secum qui seruitute exempti fuerant. Exitu anni huius. Q. eius tribuno tr. pl. CN. tu
lit ad plebem plebesq. scitum ut duc latinie colonie una in bruttios altera in thurinum
agrum deducerentur. Iis deducendis triumuiri creati quibus in triennium imperium essit
in bruttios. Q. nemius. M. minucius rufus. M. furius grassipensius. In thurinum agrum. A.
manlius. P. emilius. L. apustius. E a bina comitia. CN. dominus pr. urbanus in capitolium
habuit. Ædes eo anno aliquot dedicatie sunt. Vna iunonis matutie in foro boario uota
locataq. quadriennio antea. C. cornelio consule gallico bello censor idem dedicauit. Altera
fauni ædiles eam biennio ante ex multatitio argento faciendam locauerunt. C. scribo
nius & CN. dominus qui pr. urbanus erat dedicauit. & edem fortune primigenie in colle
quirinali dedicauit. Q. marcius abala duumuir ad ipsum creatus uouerat eam decem annis an
te punico bello. P. sempronius sophisco locauerant. Idem censor & insula iouis edem. C. seru
lius duumuir dedicauit. Vota erat sex annis ante gallico bello ab. L. furio purpureone pre
tore ab eodem postea consule locata. Nec eo anno scipio ex prouincia gallia ad consules subro
gandos redit. Comitia consulum fuere quibus creati sunt. L. cornelius merula &. Q. minucius
thermus. Postero die creati sunt pretores. L. cornelius scipio. M. fuluius nobilior. C. scribo
nius. M. ualerius messala. L. porcius. M. licinius &. C. flaminius megalesia. Ludos scenicos

anluſ ſerranuſ . L. ſcribonius libo ædiles curules prim fecerunt . hoc ædilium ludos romanos
primum ſenatuſ á populo ſecretuſ ſpectauit tribunoq; ſermones ſicut omnis nouitas ſolet alius tan
dem quod multo ante debuerit tribunum exiſtimantibuſ ampliſſimo ordini . aluſ dempſum
ex dignitate populi quicquid maieſtati patrum adiectum eſſet intẽpretantibuſ & omnia di
ſcrimina talia quibuſ ordines diſcernerentur & concordiæ & libertati æque minuendæ eſſe
Ad quingenteſimum octauum annum in præmiſſu conſpectatum eſſe quid repente factum
cur immiſceri ſibi in cauea patres plebem nollent ? cur diues pauperem conſeſſorem faſtidiret ?
Nouam ſuperbam libidinem ab nulliuſ ante gentis ſenatu neq; deſideratam neq; inſtitutam .
Poſtremo ipſum quoq; africanum quod conſul auctor eius rei fuiſſet pertinuiſſe ferunt . Adeo
nihil motum ex antiquo probabile eſt ueteribuſ niſi quæ uſus euidenter arguit ſtari maluit .
Principio anni quo . L . cornelius . Q . minutius conſules fuerunt terremotus ita crebri nun
tiabantur ut non rei tantum ipſius ſed feriarum quoq; ob id indictarum homines tederet . Nam
neq; ſenatus haberi neq; reſp . adminiſtrari poterat ſacrificando expiandoq; occupatis conſulibus
Poſtremo decemuiris adire libros uiſis ex reſponſo eorum ſupplicatio p triduum fuit . Coronati ad omnia
pulmonaria ſupplicauerunt edictumq; eſt ut omnes qui ex una familia eſſent pariter ſupplicarent
Item ex auctoritate ſenatus conſules edixerunt ne quis quo die terremotum nuntiato feriæ indi
ctæ eſſent eo die alium terremotum nuntiaret . Prouinciis deinde conſulibus priuſquam præto
res ſortirentur . cornelius galliam minucius ligures ſortitus . Cn . ſcribonius urbanam . M . ualerius
peregrinam . L . cornelius ſiciliam . L . porcius ſardiniam . C . flaminius hiſpaniam citeriorẽ
M . fuluius hiſpaniam ulteriorem . Nihil eo anno belli . Expectantibuſ conſulibus literæ . M .
emci præfectus piſis erat allatæ ligurum xx . milia armatorum commutatione pomponia concitabu
la uniuerſæ genti facta Iunenſem primum agrum depopulatos . piſanum deinde finem trã
greſſos omnem oram maris pagraſſe . Ita minutius conſul cui ligures prouincia erat ex au
ctoritate ſenatus in roſtra aſcendit & edixit ut legiones duæ urbanæ quæ ſuperiore anno
conſcriptæ eſſent poſt diem decimum arrem adeſſent . In eas locum ſe duas legiones urbanas
ſcripturum . Item ſocii & latino nomini magiſtratibuſ legatiſq; eorum qui militem dare debebãt
edixit ut in capitolio ſe adirent . His quindecim milia peditum & quingentos equites pro numero
cuiuſq; uirium deſcripſit . & inde é capitolio protinus ire ad portam & ut maturarent rem
proficiſci ad dilectum iuſſit . Fuluio flaminioq; terna milia romanorum peditum centenos eq
teſ in ſupplementũ & quina milia ſocium latini nominis & ducenos equites decreuit . mandauitq;
prætoribuſ ut ueteres dimitterent milites cum in prouinciam uenuſſent . Cum milites qui in
legionibuſ urbanis erant frequentes tribunos plebis adiiſſent ut cauſas cognoſcerent eorumq;
aut emerita ſtipendia aut morbi cauſæ eſſent quo minus militarent . Eam rem literæ
T . ſempronii diſcuſſerunt . in quibuſ ſcriptum erat liguum x milia in agrum placentinũ
uenuſſe . & uſq; ad ipſa coloniæ mœnia & padi ripas cum cædibuſ & incendiis perpopulatos
eſſe . Boios quoq; gentes ad rebellionẽ ſpectare . Ob eas res tumultum eſſe decreuit ſena
tus tribunis plebis non placere cauſas militaris cognoſcere quo minus ad edictum conue
nirent . Adiecerunt etiam ut ſocii nominis latini qui in exercitu . P . cornelii . T . sempronii

fuissent & dimissi ab iis consulibus essent ut ad quam diem .L. cornelius consul edixisset & in quē locum edixisset errarē conuenirent & ut .L. cornelius consul in prouinciam proficiscens in oppi dis agrisq; qua rarus esset siquos ea uideretur milites scriberet armaretq; & diceret secum dimittē diq; ea quos cōq; quandoq; uellet uti esset . Postq̄ consules dilectu habito profecti in prouincias sunt tum .T. quintius postulauit ut de iis quæ cum decem legatis ipse statuisset senatus audiret eaq; si uideretur auctoritate sua confirmaret . Id eos facturos si legatorū uerba qui ex uniuersa grecia & magna parte asiæ quiq; ab regibus uenissent audissent . hæ legationes ab. cn . scribonio pr. urb. in senatum introductæ sunt benigneq; omnibus responsum . Cum antiocho qua longior disceptatio erat decem legatis quorū pars aut in asia aut lysimachiæ apud regem fuerant delegata est . Quibus mandatum ut adhibitis iis legatorū regis uerba audirent responderentq; iis quæ ex dignitate atq; utilitate .P.R. responderi possent . Menippus & hegesianax principes regiæ legationis erant . Ex his menippus ignorare se dixit quidnam perplexi sua legato haberet cum simpliciter ad amicitiam petendam ungendamq; societatem uenissēt . Esse autem tria genera fœderum quibus integre paciscerentur amicitias ciuitates regesq; . Vnum cum bello uicti duce rentur leges . Vbi enim omnia ei qui armis plus posset dedita essent quæ ex iis habere uictor quibus multare eos uelit ipsius iuris atq; arbitrium esse . Alterum cum pares bello equo fœdere in pacem atq; amicitiam uenirent . tunc enim repeti reddiq; p conuentionem res & si quando turbata bello possessio sit . eas aut ex eo simul a uiris antiqui aut paruis utriusq; commodo componi . Tertium esse genus cum qui numq̄ hostes fuerint ad amicitiam sociali fœdere integre ungendam cocant . Eos neq; dicere nec accipere leges . Id enim uictoris & uicti esse . Ex eo genere cum antiochus non esse mirari se quod romani æquum censeant leges ei dicere quas asiæ urbibus liberas & immunis quas stipendiarias esse uelint . quas intrare præsidia regia regemq; uetent .

Cum philippo enim hoste pacem non cum antiocho amico societatis fœdus ita sanciendum esse .

Ad ea quintius quoniam uerbis distincte agere libet & genera ungendæ amicitiæ enumerare ego quoq; duas condiciones ponam extra quas nullam esse regi iniuriam amicitiæ cum .p. r. ungendæ . Vnam si nos nihil quod ad urbes asiæ attinet curare uelit ut & ipse omni europa abstineat . Alteram si se ille asiæ finibus non contineat & in europam transcendat ut & romanis uis sit asiæ ciuitatum amicitias & uteri quas habeam & nouas complecti . Enimuero id audiri etiam dicere indignum esse hegesianax thraciæ & thersonesi urbibus arceri . antiochumq; se ei cui s proauus cui s lysimacho rege bello uicto & in acie cæso p summum decus parta reliquerit .

Pari cum laude ab thracibus parum possessa armis receperit antiochus parum deserta sicut ipsam lysimachiam a reuocanti cultoribus frequentauerit & quæ strata ruinis atq; incendiis erant in gentibus impensis ædificauerit . Quid igitur simile esse ex ea possessione ita parata ita recuperata deduci antiochum & romanos abstinere asia quæ nunq̄ eorū fuerit ? Amicitiam expetere romanorū antiochum sed quæ impetrata gloriæ sibi non pudori sit . Ad hæc quintius q̄doquidem honesta pensamus sicut aut sola aut prima certe pensari decet principi orbis terrarū populo & tanto regi utrum tandem uidetur honestius . Liberas uelle omnis quæ ubiq; sunt græciæ urbes an seruas & uectigales facere ? Si sibi antiochus pulchrum esse censet quas urbes proauus belli

ure habuerit auus paterq; numq̃ usurpauerint pro suis eas repetere in seruitutem & populus ro.
suisceptum patrocinium libertatis græcoꝝ non deserere fidei constantiæq; suæ ducit esse. Sicut
á philippo græciam liberauit ita & ab antiocho græcas asiæ urbes liberare in animo habet.
Neq; enim in eosdem eoniamq; coloniæ in seruitutem regiam missæ sunt. sed sturpis augendæ
causa gentisq; uetustissimæ p orbem terraꝝ propagandæ. Cum hesitaret hegesianax nec satis
ciari posset honestiorem causam libertatis q̃ seruitutis pretexi nihilo quin minimus ambages
inquit. p. sulpicius qui maximus natu ex decem legatis erat. alteram ex duabus condicio
nibus quæ modo disertæ á quinto datæ sunt legite. aut supersedete de amicitia agere.
Nos uero inquit meminimus nec uolumus nec possumus pacta quicq̃ quo regnum antiochi minuatur.
Postero die quintius legationes uniuersas græciæ asiæq; cum in senatum introduxisset ut scirent q̃s
animo. p.r. qualis antiochus erga ciuitates græciæ essent postulata & regis & sua exposuit. Rem̃
tutarent ciuitatibus suis. p.r. qua uirtute quaq; fide libertatem eoꝝ á philippo uindicauerit eadem
ab anthiocho nisi decedat europa uindicaturum. Tum meminius deprecari & quintium á patres
instituit ne festinarent decernere quo decreto turbatum orbem terraꝝ essent. Tempus & sibi sume
rent & regi ad cogitandum darent. cogitaturum cum renuntiatæ conditiones essent & impera
turum aliquid aut pacis causa consensurum. Ita integra dilata res est. Legatos tum ad regẽ
eosdem qui lysimachiæ apud eum fuerant placuit. P. sulpicium. P. uilium. P. æhum. Vixdũ
ii profecti erant cum á carthagine legati bellum haud dubie parare antiochum hannibale
ministro arguerunt. iniecerunt q; curam ne simul & punicum excitaretur bellum. Hann
bal patria profugus peruenerat ad antiochum sicut ante dictum est & erat apud regem in ma
gno honore nulla alia arte nisi quod uolumtãn dui consilia de romano bello nemo apuor sup
tali re particeps esse sermonis poterat. Sententia eius una atq; eadem semper erat ut in italia
bellum gereretur. Italiam & cõmeatus & militem prebituram externo hosti. Si ibi mo
ueatur liceatq;. p.r. uiribus & copiis italiæ extra italiam bellum gerere neq; regem neque
gentem ullam parem romanis esse. sibi centum tectas naues sedecim milia peditum mille
equites deposcebat: E a se classe primum africam petiturum. Magnopere confidere & car
thaginenses ad rebellandum ab se compelli posse. Si illi cunctentur aliqua parte italiæ excitaturu
bellum romanis. Regem cum ceteris omnibus in europa debere & in aliqua parte græciæ copias
continere neq; traicientem & quod in speciem famamq; belli satis sit paratum traicere. In hãc
sententiam cum adduxisse regem præparandos sibi ad id popularium animos ratus literas
ne quo casu interceptæ palam facerent conata scribere non est ausus. Aristonem quendam tyý
rum natum epheso experumq; sollertia in leuioribus ministeriis partim domi partim spe præ
mioꝝ oneratum quibus etiam ipse rex annuerat carthaginem cum mandatis mittit. Edit
nomina eoꝝ quibus conuentus opus essæt. instruit etiam secretis notis per quas haud dubie agno
scerent sua mandata esse. Hunc aristonem carthaginem obseruantem non prius amici q̃ in
imici hannibalis qua de causa uenissæt cognouerunt. Et primo in circulis conuiuiisq; celebra
ta res est sermonibus. Deinde in senatu quidam nihil actum esse dicere exilio hannibalis si ab
sens quoque nouas moliri res & solicitando animos hominum turbare statum ciuitatis possæt

ἐν τῇ ἰταλίας.

Aristonem quendam tyrum aduenam instructum mandatis ab hannibale & ab rege antiocho uenisse
Certos homines condie cum eo secreta colloquia serere in occulto colloqui quod mox in omnium p
nitiem erupturum esset. Conclamauere omnes uocari aristonem debere & quaeri quid uenisset
& nisi expromeret cum legatis romam mitti. Sanis pro temeritate unius hominis supplicio pen
sum esse. Priuatos suo periculo peccaturos. Rem p. non extra noxam modo sed etiam extra fa
mam noxae conseruandam esse. Vocatus ariston purgare sese & firmissimo propugnaculo un
quod literas nihil ad quemq; attulisset. Caeteras nec causam aduentus sanis expediebat & in
eo maxime haesitabat quod cum barchinae solum factionis hominibus collocutum eum argu
ebant. Orta inde altercatio est alius pro speculatore comprehendi iam & custodiri iubentibus
alius negantibus tumultuandi causam esse. Mali rem exempli esse de nihilo hospites corrupi. Idē
carthaginensi & tyri & in aliis emporiis quae frequenter cōmeant euentus. Dilata eo die res
est. Ariston punico ingenio inter paenos usus tabellas conscriptas celeberrimo loco sup sedem condia
nam magistratuum prima uespera suspendit. Ipse deinde tertia uigilia nauem conscendit & profu
git. Postero die cum sufetes ad ius dicendum conscendissent conspectae tabellae dempteq; & lectae.
Scriptum erat aristonem priuatum ad neminem publice ad seniores ita senatum uocabant mandata
habuisse. Publicato crimine minus intenta de paucis quaesito erat. Mitti tamen legatos romam qui
rem ad consules & senatum referrent placuit. Simul qui de iniuriis masinissae quererentur.
Masinissa postq; & infames carthaginenses & inter se ipsos discordes principibus propter colloquia
aristonis senatus senatum propter indignum eiusdem aristonis populo suspectum locum iniuriae
esse ratus agrum maximum eos & depopulatus est & quasdam urbes uectigalis carthaginensiū
coegit stipendium pendere. Emporiam uocant eam regionem ora est minoris syrtis & agri ubis
Vna cuiusq; eius lepcis ea singula in dies talenta uectigal carthaginensibus dedit. Hanc tum regi
onem & totam infestam masinissa & ex quadam parte dubiae possessionis sui regni an cartha
giniensium esset effecerat. Et quia simul ad purganda crimina & quaestum de se romam eos
ituros comperit qui & illa onerarent suspitionibus & de iure uectigalium disceptarent legatos
& ipse romam mittit. Audito de tyrio aduena primum carthaginenses curam iniecere patri
bus ne cum antiocho simul & poenis bellandum esset. maxime ea suspitio crimen urgebat qd
quem comprehensum romam mitti placuisset nec ipsum nec nauem eius custodissent. De agro
deinde cum regis legatis disceptari coptum. Carthaginenses iure finium causam tutabantur
quod intra eos terminos esset quibus. p. scipio uictor agrum qui uiris esset carthaginensium fi
nisset & confessione regis qui cum aphrem profugum ex regno suo cum parte numidarum uagan
tem circa cyrenas persequeretur precario ad se iter p eum ipsum agrum tanq; haud dubie car
thaginensium uiris penisset. Numide & determinatione scipionis mentiri eos arguebant &
siquis ueram originem uiris exigere uellet quem proprium agrum carthaginiensium in africa
esse aduenis quum secto bouis tergo amplecti loca potuerint tantum ad urbem cōmuniendam
precario datum. Quicquid byrsam sedem suam excesserint ui atq; iniuria partum habere
neq; eum de quo agatur probare eos posse nonmodo semper ex quo ceperint sed ne diu qdem
eos possedisse. Per oportunitates nunc illos nunc reges numidarum usurpasse uis. semperq; paenes

eum possessionem fuisse qui plus armis potuisset. Cum is conditionis res fuerit prius q̄ hostes romanis carthaginenses socius atq; amicus rex numidarum esset cur sineremur esse nec se interponeremus quo minus qui possent tenerent. Responderi legatis utrisq; parum placuit missuros se in africam qui inter populum carthaginensem & regem in re presenti disceptarent. Missi P. Scipio africanus & C. cornelius cethegus & M. minucius rufus. audita inspectataq; re sispensa omnia neutro inclinari sequentibus reliquere. Id utrum sua sponte fecerunt an quia mandatum ita fuerit non tam certum est q̄ uideatur tempori aptum fuisse integro certamine eos relinqui. Nam ni ita essent unus scipio uel nouum ea uel antehac ita de utrisq; merentibus finire iussu disceptationem potuisset.

.T.LIVII PATAVINI HISTORIARVM AB VR. CO. LIB. XXXV. INCIP FELICITER.

PRINCIPIO ANNI QUO GESTA SUNT HAEC. SEX. DIGITIVS. PR. IN HIspania citeriore. cum cuntantibus iis quae post profectionem. M. catonis rebellauerant. crebra magis q̄ dictu digna proelia fecit. Et adeo pleraq; aduersa ut mox dimidium militum q̄. quod acceperat successori tradiderit. Nec dubium est quin omnis hispania iusta animos fuerit ni alter praetor. P. cornelius cn. f. scipio transmisset. multa secunda proelia fecisset. Quo terrore non minus quinquaginta oppida ad eum defecerunt praegesserant. Scipio idem propretore lusitanos prosperata ulteriore provincia cum ingenti praeda domum redeuntis in ipso itinere aggressus ab hora tertia diei ad octauam incerto euentu pugnauit. numero militum impar superior alius. Nam & acie frequenti armatis aduersus longo & impedito turba pecoris agmen & recens militi aduersus fessos longo itinere concurrerat. Tertia nanq; uigilia exierant hostes. huic nocturno itineri tres diurnae horae accesserant. nec uel quies data laborem itineris proelium exceperat. Itaq; principio pugnae uigoris aliquid in corporibus animisq; fuit & turbauerant primo romanos. Deinde aequata paulisper pugna est. In hoc discrimine hostium ita fudissent caedissentq; hostes praetor uouit. Tandem gradum acrius inuadere romani cessitq; lusitanus. deinde prorsus uerga dedit. & cum instissent fugientibus uicto res ad. xii. milia hostium sunt caesa. capti. cc. L. omnes ferme equites & signa militaria capta. c. Lxx. Ex exercitu romano. Lxx. & iii. amissi. Pugnatum haud procul ilipa urbe est. Eo uictorem opulentum praeda exercitum. P. cornelius reduxit. ea omnis ante urbem exposita est potestasq; dominis suas res cognoscendi facta est. Cetera uendenda quaestori data qd̄ ide refectum est milia duosim. Nondum ab roma profectus erat. C. flamminius praetor cum hac in hispania gerebantur. Itaq; aduersae q̄ secundae res per ipsum amicosq; eius magis sermonibus celebrabantur. Et tentauerat quoniam bellum ingens in prouincia exarauisset & exiguas reliquias exercitus ab. sex. digito. atq; eas ipsas plenas pauoris ac fugae accepturus esset ut sibi unam ex urbanis legionibus decernerent. Ad quam cum militem ab se ipso scriptum ex. s. c. adiecisset. eligeret ex omni numero. ui. milia & cc. equites pedites. ccc. Ea se legione nam in. Sex. digiti exercitu haud multum spei esse rem gesturum. Seniores negare ad rumores priuatos temere in gratiam magistratuum confictos senatus consulta facienda esse.

nisi quod ex prouinciis scriberent aut legati renuntiarent nihil ratum haberi debere. Si tumultus in hispania esset placere tumultuarii milites exauctoratum legerentur. Valerius annalis a in sicilia nauigasse delectus causa. C. flaminium scribit ex sicilia hispaniam petentem tempestate in africam delatum uagos milites de exercitu. P. africani sacramento rogasse. Iis duabus prouinciis duobus consulibus in hispania ad legiones. Nec in italia segnius ligurum bellum crescebat

P isas iam quadringenus milibus hominum affluente multitudine ad famam belli spemque praedae circumsedebat. Minucius consul arretium die quem dixerat ad conueniendum militibus uenit

1 nde quadrato agmine cum ad pisas duxisset dum hostes non plus passuum ab oppido transfluuium mouissent castra consul urbem haud dubie seruatam aduentu suo est ingressus. Postero die ipse transfluuium ferme passus ab hoste posuit castra. Inde leuibus plus a populatoribus agrum sociorum uastabantur. In aciem exire non audebat nouo milite ex multis undique generibus hominum collecto necdum noto satis inter se an fidere alius alius possent. Ligures multitudine freti in aciem exibant parati de summa rei decernere. & abundantes militum numero passim multas manus per extrema finium ad praedandum mittebant. & cum cuncta uis magna pecoris praedaeque esset paratum erat praesidium per quos in castella coniuges liberosque agerentur. Cum bellum ligusticum ad pisas constitisset consul alter. L. cornelius merula praeter extremos ligurum fines exercitum in agrum boiorum induxit ubi longe alia belli ratio quam cum ligusticis erat. Consul in aciem exibat hostes pugnam detractabant praedarumque ubi nemo obuiam exibat discurrebant romanam. Boii dirupti sua impune quo uendo ea conserere certamen malebant. Postquam omnia ferro igneque satis uastata erant consul agro hostium excessit & ad mutinam agmine incauto ut inter pacatos ducebat. Boii ubi egressum finibus suis hostem sensere sequebantur silentio agmine locum insidiis querentes. Nocte praetergressi castra romana saltum qua transeundum romanis erat insederunt. Id cum parum occulte fecissent consul qui multa nocte solitus erat mouere castra ne nox terrorem in tumultuario proelio augeret lucem expectauit. Et cum luce moueret tamen uirmam equum exploratum misit. Postquam relatum est quae copiae & in quo loco essent totius agminis sarcinas in medium conici iussit & uiarios uallum circumicere. Ceteros exercitum instructo ad hostem accessit. Idem & galli fecerunt. Postquam apertas esse insidias & recto ac iusto proelio ubi uera uincere uirtus diiudicandum iudicarunt hora secunda ferme concursum sinistra socium equitum hala & extraordinarii primi in acie pugnabant. Praeerant duo consulares legati. M. marcellus & T. sempronius priorus anni consules. Nouus consul nec ad prima signa erat nunc legiones continebat in subsidiis ne certamine studio prius procurrerent quam datum signum esset. Equites eam extra aciem in locum patentem. q. a. P. minios tr. mil. educere iussit unde cum signum dedissent impetum ex aperto facerent. Haec agenti nuntius uenit ab T. sempronio longo non sustinere extraordinarios impetum gallorum & caesos plurimos esse atque supplent parum labore prius metu remisisse ardorem pugnae. Legionem alteram ex duabus sibi dari petiit summittere prius quam ignominia acciperet. Secunda missa est legio & extraordinarii recepti

T um redintegrata est pugna cum & recens miles & frequens ordinibus legio succedisset & sinistra hala ex proelio subducta est. dextra in primam aciem subiit. Solis ingens ardore torrebat minime patientia aestus corpora gallorum. Densi tamen ordinibus nunc alii in alios nunc in scuta incubantes

pisae.

sustinebant impetus romanoꝝ. Quod ubi animaduertit consul ad perturbandos ordines eoꝝ. C. Iuniũ salinatorem qui praerat alaribus equmbus q̃ concitatissimos equos mittere iubet. & legionarios equites in subsidium esse. Haec procella equestris primo confudit & turbauit deinde dissipauit aciem gallorꝝ non tamen ut terga darent. Obstabant duces hastilibus cedentes terga trepidantiũ. & redire in ordines cogentes. sed inter equitantes salarii non patebantur. Consul orabat milites ut paulum niterentur uictoriam in manibus esse dum turbatos & trepidantis uiderent instaret S trestium ordines fissent integro rursus eos prelio & dubio dimicaturos. Inferre uexillarios ut sit signa. Omnes connixi tandem auerterunt hostem. Postq̃ terga dabant & in fugam passim effundebantur tum ad persequendos eos legionarii equites imissi. Quatuordecim milia boꝝ eo die sunt caesa unum capti mille. xcu. equites. cc. xxi. tres duces eoꝝ signa militaria. ccxu carpenta. c. duo. Nec romanis incruenta uictoria fuit. supra quinq; milia militum ipsoꝝ aut sociorꝝ sunt amissa. centuriones tres & xx. quatuor praefecti sociũ & M. marcius trib. mil. secundae legionis. Eodem fere tempore duoꝝ consulum litterae allatae sunt. L. cornelii de prelio ad murinam cum bonis facto & Q. minutii á pisis comitia suae sortis esse. Caeterum adeo suspensa omnia in liguribus se habere ut abscedi inde sine pernicie sociorꝝ & damno reip. non posset. Si uita uiderentur patribus mitterent ad collegam ut is qui profligatum bellum haberet ad comitia romam rediret. Si id facere grauaretur quod non suae sortis id negotiũ esse se quidẽ facturum quodcunq; senatus censuisset. Sed etiam atq; etiam uiderent si magis é rep. essa interregnum iniri q̃ ab se in eo statu relinqui pronunciam. Senatus. c. scribonio negotiũ dedit ut duos legatos ex ordine senatorio mitteret ad. L. cornelium consulem qui litteras collegae ad senatum missas deferrent ad eum & nuntiarent senatum mitis ad magistratus subrogandos romam uenuret potius q̃. Q. minutius á bello integro auocaretur interregnũ iniri passurum. Missi legati renuntiarunt cornelium ad magistratus subrogandos romam uenturum. De litteris. L. cornelii qui scripserat secundum praelium cum boiis factum disceptatio in senatu fuit. quia priuatum plerunq; senatoribus legatis. M. claudius scripserat fortunae. P.R. & militum uirtutem gratiam habendam quod res bene gesta essa. Consulis opera & militum aliq̃um amissum & hostium exercitum cuius delendi oblata occasio fuerit elapsum. Milites eo plures periisse quod tardius ex subsidiis qui laborantibus opem ferrent successissent. hostes é manibus emissos quod equitibus legionarius tardius datum signum esset ut persequi fugientes non licuisset. De ea re nihil temere decerni placuit ad frequentiores consultatio dilata est. Instabat enim cura alia quod ciuitas fenore laborabat. & cum multis fenebribus legibus constricta anaritia esset uia fraudis inita erat ut in socios qui non tenerentur iis legibus nomina transcriberent. Itali uero fenore obruebantur debitores. Cuius cernendi cum ratio quereretur diem fini placuit feriatis quae proximae fuissent ut qui post eam diem socii ciuibus romanis credidissent pecunias profiterentur. Et ex ea die pecuniae creditae quibus debitor uellet legibus iis creditori redderetur. Inde postq̃ professionibus detecta est magnitudo aeris alieni p hanc fraudem contracti. M. sempronius tr. pl. ex auctoritate patrum plebem rogauit plebesq; scuit ut cum sociis ac nomine latino

creditæ pecuniæ usidem quod cum cunbus romanis essæ. Hæc in italia domi milmeq; acta. In
hispania nequaq̃ tantum belli fuit q̃um anxerat fama. Crassus flamminus in citeriore hispania
oppidum in luciam in oretanis cepit. Deinde in hibernalia milites deduxit & plmenem præda
aliquot nulla memoria digna aduersus latronum magis q̃ hostium excursiones nanotamen e
uentu nec sine milium iactura sunt facta. Maiores gestæ res a. M. fulmio. Is apud toletum opp
dum cum uacceis uettonibusq; & celtiberis signis collatis dimicauit. exercitum eaq; gentium fu
dit fugauitq; regem hilernum uuum cepit. Cum hæc in hispania agerentur comitioq; iam
appetebat dies. Itaq. L. cornelius consul reicto ad exercitum claudio legato romam uenit
I sin senatu cum de rebus ab se gestis disseruisse quoq; in statu prouincia essæ quæstus est cum pa
tribus conscriptis quod tanto bello una secunda pugna iam feliciter pfecto non esset habitus
dis immortalibus honos. Postulauit deinde supplicationem simul triumphumq; decernerent
P riusq; tamen q̃ relatio fieret. Q. metellus qui consul dictatorq; fuerat litteras eodem tempore
dixit & consulis. L. cornelii ad senatum & M. marcelli ad magnam partem senatoq; allatas
esse inter se pugnantis eoq; dilatam esse consultationem ut præsentibus auctoribus eaq; litteraq;
disceptarentur. Itaq; expectasse sese ut consul qui scires ab legato suo aduersus se scriptum alioq
cum ipsi ueniendum esset deduceret eum secum romam cum eum uerus esset. T. sempronio
imperium habenti tradi exercitum q̃ legato. Nunc uidere se admonitum de industria qui eq;
scripsissæ præsens diceret arguere coram & si quid uani afferret argui possæ donec ad liquidum
ueritas explorata essæ. Itaq; nihil eoq; quæ postularet consul decernendum in præsentia censere
cum pgeret nihilo segnius referre ut supplicationes decernerentur triumphumq; sibi urbem
inueh liceret. M. & crassus tum .tr.pl. se intercessuros si de ea re fieret. S.c. dixerunt. Cen
sores erant priore anno creati sexdecim. ælius pætus & .C. cornelius cæthegus. cornelius tu
ditanum condidit. Censa sunt ciuium capita. cxliii. dcciii. Aquæ ingentes eo anno fuerant
& uberis loca plana urbis inundauit. circa portam flumen tanam. etiam collapsa quædam
ruinis sunt & porta cæli montana fulmine icta est. murus circa multis locis de cælo tactus
& arcus & lanuuio & auentino lapidibus pluit. Et á capua nuntiatum est examen uespaq;
ingens in forum aduolasse & in martis æde consedisse eas collectas cum cura igni crematas esse.
h oq; prodigioq; causa. x. uiri libros adire iussi & nouendiale sacrum factum & supplicatio in
dicta est atq; urbs lustrata. Isdem diebus æediculam uictoriæ uirginis prope æde uictoriæ
M. porcius cato dedicauit biennio postq̃ uouit. Eodem anno coloniam latinam in castrum
ferentinum triumuiri deduxerunt. T. manlius uolso. L. apustius fullo. P. æliis tubero cuius
lege deducebatur. iii. milia peditum fere trecentos equites numerus exiguus pro copia agri
dari. Post uere quadragena iugera in pedites sex̃ in equites apustio auctore tertia pars agri
dempta est quo postea si uellent nouos colonos ascribere possent. Vicena iugera pedites qua
dragena equites acceperunt. In exitu iam annus erat & ambitio magis q̃ unq̃ alias exarserat
consularibus comitiis. Multi & potentes petebant patritii plebeiq;. P. cornelius cum. f. sci
pio qui ex hispania prouincia nuper recesserat magnis rebus gestis & .L. quintius flamininus
qui classi in græcia præfuerat. & cn. manlius uolso. li patritii. Plebei autem. C. letius. cn.

dominuſ. C. luuuſ ſalinator. M. aciluſ. Sed omnium oculi in. Q. cornelium conuerti. Nam & in unum locum petebant patrum ambo & rei militaris gloria recens utrunq commendabat. Ceterum ante omnia certamen accendebant fratres candidatoꝝ, duo clariſſimi etatis ſue imperatores. Maior gloria ſcipionis & quo maior eo propior. Inuidiam quinti recentior ut qui eo anno triumphaſſet. Accedebat quod alter decimum iam prope annum aſſiduus in oculis hominum fuerat que res minus uerendos magnos homines ipſa ſanctare facit. Conſul iterꝝ post decimum hannibalem cenſorq fuerat. In quinctio noua & recentia omnia ad gratiam erant. Nihil nec peterat á populo post triumphum nec adeptus erat pro fratre germano non patruele ſe petere aiebat. ſed pro collega & participe admiſtrati belli. Se terra fratrem mari rem geſſiſſe. Inſ obtinuit ut preferretur candidato quem africanus frater ducebat quem cornelia gens cornelio conſule comitia habente quem tantum preiudicium senatus uirum e cunctate optimum iudicatum qui matrem ideam peſſimum uenientem in urbem acciperet. L. quinctius & cn. domitius henobarbus conſules facti. Adeo ne in plebeio quidem conſule cum pro. c. lelio niterentur africanus quidem ualuit. Postero die prætores facti. creati. L. ſcribonius libo. M. fuluius centumalus. A. atinius ſerranus. M. bebius tamphilus. L. ualerius tamphilus. Q. ſalonius ſarra. Edilitas inſignis eo anno fuit. M. emilii lepidi & P. emilii pauli multos pecuarios damnarunt. Ex ea pecunia clipea maurata in faſtigio iouis ædis poſuerunt. Portum unam extra portam trigeminam emporio ad tiberim adiecto alteram ad portam fontinalem ad marus aram qua in campum iter eſſet produxerunt. Dum nihil in ligueribus dignum memoria geſtum erat. Extremo cuius anni bis in magnum periculum res addicta eſt. Nam & caſtra conſulis oppugnata egre ſunt defenſa & non ita multo post per ſaltum anguſtum cum ducerentur agmen romanum ipſas fauces exercitus ligurum inſedit. Qua cum exitus non pateret conuerſo agmine redire inſtitit conſul & ab tergo fauces ſaltus occupare á parte hoſtium erant. caudineq cladis memoria non animis modo ſed prope oculis obuerſabatur. Numidas octingentos ferme equites inter auxilia habebat Et oti præfectus conſuli polliceatur ſe preuia uallet cum ſuis eruptum tantum ut daret ut a parte frequentior uiam eſſet in eos ſe impetum facturum & nihil prius q̃ flammam tectis iniecturum ut is pauor cogeret ligures excedere ſaltu quem obſiderent & diſcurrere ad opem ferendam ſuis. Laudatum eum conſul p premioꝝ oneꝝ. At numide equos conſcendunt & obequitare ſtationibus nemnem laceſſentes ceperunt. Nihil primo aſpectu contemptius equo hominesq paululi & graciles diſcalceati & inhermes & eques preterq̃ quod iacula ſecum portat equo ſine freno deformes ipſe curſu in gida cervice & extremo capite currentium. hunc contemptum de induſtria augentes labi ex eqs & p ludibrium ſpectaculo eſſe. Itaq qui primo intenti paratiq ſi laceſſerentur in ſtationibus fuerãt iam inhermes ſedentesq pars maxima ſpectabant numide adequitare & refugere. Sed propius ſaltum paulatim cuncti uelut quos imporem gerendi equos inmiſſos efferrent. Postremo ſubditis calcaribus p mediaſ ſtationes hoſtium eruperunt. & in agrum lauorem cuncta omnia puaſtant. Fumus primo conſpectus deinde clamor trepidantium in uicis auditus. Postremo ſenores pueriq refugientes tumultum in caſtris fecerunt. Itaq ſine conſilio ſine imperio pro ſe quiſq currere ad ſua tutamina momentoq temporis caſtra relicta erant & obſidione liberatus conſul quo intenderat peruenit. Sed neq boii neq hiſpani cum quibus eo anno bellatum erat tam inimice infeſti erãt

romanis q̃ etholoꝝ gens. Is post deportatos ex grecia exercitus primo in spe fuerant ꝙ in antiochū in uacuam europe possessionem uenturum nec philippum aut nauum quieturos. Vbi nihil usq̃ mo ueri uiderunt cogitandum aliquid miscendumq; rati ne cunctando senescerent consilia concilium naupactum indixerunt. Ibi thoas prætor eoꝝ conquestus iniurias romanoꝝ statuq; etoliæ quod omnium græciæ gentium ciuitatumq; inhonoratissim post eam uictoriam essent cuius causa ipsi fu issent. Legatos censuit circa reges mittendos qui non solum tentarent animos eoꝝ sed suis quemq; stimulis moverent ad romanum bellum. Damocritus ad nauum naugat ad philippum micander dicearchus frater prætoris ad antiochum est missus. Tyranno lacedemonio damocritus adempus maritimis ciuitatibus enervatam tyrannidem dicere. Inde militem inde naues nauales q; socios ha buisse. Inclusum suis prope muris achaios uidere dominantis in peloponneso. Nunq̃ habiturum rec perandi sua occasionem si eam quæ tum essa prætermissa. et nullum exercitum romanum in gre cia esse. nec propter cythelum aut maritimos alios laconas dignam causam existimaturos romanos cur legiones rursus in greciam transmittant. hæc ad incitandum animum tyranni dicebantur ut cum antiochus in greciam traiecisse conscientiæ violatæ per socioꝝ iniurias romæ amicitias tum gerent cum antiocho. Et philippum micander aut dissimili oratione incitabat. Erat enim maior orationis materia quo ex altiore fastigio rex q̃ tyrannus detractus erat quoq; plures ademptæ res.

Adhoc uetusta regum macedoniæ fama peragratusq; orbis terraꝝ uictoriis eius gentis referebatur. & tutum uel incepto uel euentu se consilium afferre. Nanq; ut ante se moueat philippus q̃ antiochus cum exercitu transierit in greciam suadere. Et qui sine antiocho aduersus romanos ætholosq; tam diu sustinuerit bellum & adiuncto antiocho socius æthois qui tum grauiores hostes cum romanis fue rint quibus tandem uiribus resistere romanos posse? Adiciebat de duce hannibale nato aduersus romanos hoste qui plures & duces & milites eoꝝ occidisse q̃ quot supessent. Hæc philippo micander.

Alia dicearchus antiocho & omnium primum prædam de philippo romanoꝝ esse dicere uictoriam etholoꝝ & aditum in greciam romanis nullos alios q̃ etholos dedisse & ad uincendum uires eosdem præbuisse. Deinde q̃as peditum equitumq; copias præbituri antiocho ad bellum essent quæ loca terrestribus copiis quos portus maritimis. tum de philippo & naude libero mendacio abutebant.

Paratum utrumq; ad rebellandum esse & primam quamq; occasionem recuperandi ea quæ bello amisissent arrepturos. Ita p totum simul orbem terraꝝ etholi romanis concitabant bellum. Et reges tamen aut non mouent aut tardius mouentur. Nauis extemplo circa omnis maritimos uicos dimittit ad seditiones in is miscendas & alios principum domi ad suam causam pduxit alios pinaciter in societate romana manentis occidit. Achæis omnium maritimoꝝ laconum uicinoꝝ a T. quinctio cura mandata erat. Itaq; extemplo ad tyrannum legatos miserunt qui admonerent fœderis romani denuntiarentq; ne pacem quam tantopere petisse turbaret. Et auxilia ad cythenum quod iam oppugnabatur ab tyranno & romam qui ea nuntiarent legatos miserunt. Antiochus rex ea hieme raphia in phœnice ptholemæo regi ægypti filia in matrimonium data cum antiochiam se recepisset p cilicium thauro monte superato extremo iam hiemis ephesum peruenit. Inde princi pio ueris antiocho filio misso in syriam ad custodiam ultimaꝝ partium regni ne quid absente se ab tergo moueretur. Ipse cum omnibus terrestribus copiis ad pisidas qui circa sicam incolunt op

pugnandos est profectus. Eo tempore legati romani. P. sulpicius &. P. uilius qui ad antiochum si cut ante dictum est missi erant ussi prius eumenem adire eleam uenire. Inde pgamum ibi regia eumenis fuit descenderunt. Cupidus belli aduersus antiochum eumenes erat. grauem si pacem essa accolam tanto potentiorem regem credens eundem si motum bellum essa non magis parem romanis fore q̄ philippus fuissa. & aut funditus sublatum ui aut si pax uicto daretur multa illi detracta sibi accessura. Vt facile deinde se ab eo sine ullo romano auxilio tueri possa etiam siquid aduersi casus foret. tutus esse romanis sociisq; quamcunq; fortunam subire quā solum aut imperium pati antiochi aut abnuentem ui atq; armis cogi. Ob hec q̄tum auctoritate q̄um consilio ualebat incitabat romanos ad bellum. Sulpicius eger pgami substitit. Vilius cum pisidie bello occupatum esse regem audisset ephesum profectus dum paucos ibi moratur dies dedit operam ut cum hannibale qui tum ibi forte erat sepe congrederetur. ut animum eius & tentaret siqua possa & metum demeret periculi quicq̄ ei ab romanis esse. his colloquiis aliud nihil actum est. secutum tamen sua sponte est uelut consilio petitum essa ut ultior ob ea regi hannibal suspectiorq; ad omnia fieret. Claudius secutus grecos aciuanos libros. p. africanum in ea fuisse legatione tradit eumq; ephesi collocutum cum hannibale. et sermonē unum refert quem quereretur africano quem fuisse maximum imperatorem hannibal crederet respondisse alexandrum macedonum regem quod parua manu innumerabiles exercitus fudisset & ultimas oras supra spem humanam peragrasset. Quereretur deinde quem secundum poneret pyrrhum dixisse. castrametari primum docuisse. adhoc neminem elegantius loca cepisse presidia disposuisse artem etiam conciliandi sibi homines eam habuisse ut italicae gentes regis ex terra q̄ populi romani tamdiu principis in ea terra imperium esse mallent. Exequente quē tertium ducera haud dubie semetipsum dixisse. Tum risum obortum scipionem subiecisse Quidnam tu diceres si me uicisses? Tum uero me inquit & ante alexandrum & ante pyrrhū & ante alios omnes imperatores esse. Et perplacuit puncto astu responsum & improuisum assentationis genus scipionem mouisse quod egre se imperatore uelut inexorabilem secreuisse. Villius ab epheso apameam processit. eo & antiochus audito romanorum legatorum aduentu occurrit. Apamee congressis disceptato eadem ferme fuit quae romae inter quinctium & legatos regis fuerat. Mors nuntiata antiochi filii regis quem missum paulo ante dixeram in syriam dirimit colloquia. Magnus luctus in regia fuit magnumq; eius iuuenis desiderium denique specimen suum dederat ut si uita longior contigisset magni ustiq; regis in eo indoles fuisse appareret. Quo carior acceptiorq; omnibus erat eo mors eius suspectior fuit. Grauem successorem eum instare senectuti suae patrem credentem per spadones quosdam talium ministerio facinora acceptos regibus ueneno sustulisse. Eam quoq; causam clandestino facinori adiciebant quod seleuco filio lysimachiam dedisset. Antiocho quam similem darē sedem ut q̄ps ab se honorem eum quoq; ablegaret non habuisse. Magni tamen luctus spectes p aliquot dies regiam tenuit legatusq; romanus ne alieno tempore incōmodus obuersaretur pergamum concessit. Rex ephesum omisso quod inchoauerat bello redit. Ibi p luctum regia clausa cum minione quodam qui princeps amicorum eius erat secreta consilia agitauit. Minio ignarus omnium

externoꝝ uiresq; estimans regis ex rebus in syria atq; asia gestis non causa modo superiorem esse antio
chum quod nihil equi postularent romani sed bello quoq; superaturum credebat. Fugienti regi discep
tationem cum legatis seu iam experto eam minus prosperam seu merore recenti confuso professus min
nio se quæ pro causa essent dicturum persuasit ut á pergamo accerserentur legati. Iam conualuerat
sulpicius itaq; ambo ephesum uenerunt. Rex á nimione excusatus et absente eo agi res cepta est.
Ibi preparata oratione minnio. Speciosó titulo inquit ut uos romani græcaꝝ ciuitatum liberandaꝝ
uideo sed facta uestra orationi non conueniunt. et aliud antiocho uiri statuistis alio utimini ipsi.
Qui enim magis zmirne lapsaceniq; greci sunt q̃ neapolitani á regini á tarentini á quibus stipen
dium á quibus naues ex fœdere exigitis? Cur syracusas atq; in alias siculæ græcas urbes prætorem
quot annis cum imperio á uirgis á securibus mittitis? Nihil aliud profecto dicitis q̃ armis supatis
uos uis has leges imposuisse. Eandem de zmirna lapsaco ciuitatibusq; quæ romæ aut exhibitæ sint
causam ab antiocho accipite. Bello superatas á maioribus stipendiarias ac uectigales factas antio
chus repetit. Itaq; ad hæc eo respondere uelim si ex equo disceptaturi non belli causa quæritur.
Ad ea sulpicius fecit uerecunde inquit antiochus qui si alia pro causa eius non erant quæ diceren
tur quemlibet á ista q̃ se dicere maluit. Quid enim simile habet ciuitatum eaꝝ quas comparatis
causis ab regibus á neapolitanis á tarentinis ex quo in nostram uenerunt potestatem uno á ppe
tuo tenore uiris semper usurpato nunq̃ intermisso quæ ex fœdere debent exigimus. Potesne
tandem dicere ut ii populi non p se non p alium quenq̃ fœdus mutauerint? Sic alie ciuitates
ut semel uenerunt in maioꝝ antiochi potestatem in perpetua possessione regni uestri mansisse
á non alias eaꝝ in philippi alias in ptholemæi fuisse potestate? alias p multos annos nullo ambi
gente libertatem usurpasse. Nam si quod aliq̃do seruierunt temporꝝ iniquitate pressi uis post
tot secula asserendi eos in seruitutem facies quid abest quin actum nobis nihil sit quod á philip
po liberauimus græciam? Et repetant posthac eius corynthum calchidem demetriadem á thessa
loꝝ totam gentem. Sed quid ego causas ciuitatum ago quam ipsis agentibus á nos á regem ip
sum cognoscere æquius est? Vocari deinde ciuitatum legationes iussit preparatas iamante
á instructas ab eumene qui quicumq; uirium antiocho decessisset suo id accessiꝝ regno du
cebat. Admissi plures dum suas quisq; nunc querelas nunc postulationes inserit æqua inqs
miscentes disceptationi altercationem fecerunt. Itaq; nec remissa ulla re neq; impetrata eq;
ac uenerant omnium incerti legati romam redierunt. Rex dimissis iis consilium de bello ro
mano habuit. Ibi alius alio ferocius quia quo quisq; asperius aduersus romanos locutus esset eo
spes grauior erat. Alius superbiam postulatoꝝ increpare tanq̃ nauali uicto antiocho ma
ximo asie regum imponentium leges. q̃ q̃ nauali tamen dominationem in patria sua á patria
lacedemonem remissam antiocho si zmirna á lampsacus imperata faciant indignum uideri.
Alii paruas á uix dictu dignas belli causas tanto regi eas ciuitates esse. Sed inimum semp par
uis inuista imperandi facere nisi crederent persas cum aquam terramq; ab lacedemonis pe
tierunt gleba terræ á haustu aquæ eguisse. Per similem tentationē romanis de duabus ci
uitatibus agi á alias ciuitates simul duas iugum exuisse uidissent ad liberatorem populum
defecturas. Si non libertas seruitute potior sit tamen omnem præsenti in statu spem cuiq;

nouandi res suas blandiorem esse. Alexander acarnas in consilio erat philippo quondam amicus nup
relicto eo secutus opulentiorem regiam antiochi & tanq̃ peritus graeciae nec ignarus romanoꝝ in eũ
gradum amicitiae regis ut consilius quoq archanis interessẽ acceptus erat. Is tanq̃ non utrum bel
landum essẽ necne consuleretur sed ubi & qua ratione bellum gereretur uictoriam se haud dubiã
proponere animo affirmabat. Si in europam transisse rex & in aliqua graeciae parte sedem bello ce
pisse. Iam primum aetholos qui umbilicum graeciae incolerent in armis eum inuenturum. Ante
signanos ad aspera quaeq belli paratos in duobus uelut cornibus graeciae nauim á peloponneso
concitaturum omnia. repetentem argiuoꝝ urbem repetentem maritimas ciuitates quibus eum de
pulsum romani lacedemonis muris inclusissent. Á macedonia philippum ubi primum bellum cam
audisse arma capturum nosse se spem eius nosse animum. scire ferum feraꝝ modo quae claustris
aut uinculis retinentur. Ingenuis iam diu uas pectore uoluere. Meminisse etiam se quoties in bello
precari omnes deos solitus sit ut antiochum sibi darent aduersorem. cuius non si compos nunc fiat nul
lam moram debellandi facturum. Tantum non cunctandum neq cessandum esse. In eo enim uicto
riam uera loca opportuna & socii preoccuparent. hannibalem quoq sine mora mittendum in africã
esse ad extringendos romanos. Hannibal non adhibitus est in consilium propter colloquia cum ul
lo suspectus regi & in nullo postea honore habitus. Primo eam contumeliam tacitus tulit. Deinde
melius esse ratus & praetextam causam repentinae alienationis & purgare sese á tempore quaesita
simpliciter iracundiae causa auditaq. Pater amilcar inquit annibal puerum admodum me cum
sacrificaret altaribus admotum iureiurando adegit numq̃ amicum fore populo. Sub hoc sacramento
sex & triginta annos militem. hoc me in pace patria mea expulit. hoc patria extorrem in tuam re
giam adduxit. hoc duce si tu spem meam destitueris ubicunq̃ mites ubi arma esse sciam inuenian
toto orbe terraꝝ quaerens aliquos romanis hostes. Itaq sicut uoꝝ mei criminibus apud te crescere libẽ
aliam materiam crescendi ex me quaerat odioq sim romanis. Id uerum dicere pater hamilcar & di te
stes sint. Proinde cum de bello romano cogitabis inter primos amicos hannibalem habeto. si qua res te
in pacem compellet in id consilium cum quo deliberes quaerito. Non mouit modo talis oratio regem
sed etiam reconciliauit hannibali. Ex consilio ita discessum est ut bellum gereretur. Romae destina
bant quidem sermonibus hostem antiochum sed nihil dum ad id bellum praeter animos parabant. Con
sulibus ambobus italia prouincia decreta est. ita ut inter se compararent sorterentur ue uter consul
eius anni praesset ad urbem an non moueret cura ut paratus esset si quo eum extra italiam opus de
ceret legiones nouas & socium nominis latini milia .xx. & equites .dccc. Alteri consuli duae legiones
decretae quas. L. cornelius consul superioris anni habuisset & socium ac latini nominis ex eodem exer
citu .xv. milia & equites .d. Q. minimo cum exercitu quem in liguribus habebat prorogatum imperiũ
Additum in supplementum ut quatuor mil. pedites romanoꝝ scriberentur. c.L. equites & socios codẽ
v. milibus peditum imperarentur. ccL. equites. cN. domino extra italiam quo senatus censuisset prouin
cia euenit. L. quintio gallia & prouincia habita praetoꝝ deinde prouincias sortiti. M. fuluius cen
malus urbanam. L. scribonius libo peregrinam. L. ualerius tappo siciliam. Q. salonius sera sardiniam
M. bebius tamphilus hispaniam citeriorem. M. atilius serranus ulteriorem. Sed ut duobus primum
S.c. deinde plebis iam permutatae prouinciae sunt. A. atilio classis & macedonia. A. bebio bruttii de

creu. Flammio fuluioq; in hispanius prorogatum imperium. attilio in bructios duæ legiones decretæ quæ priore anno urbanæ fuissent & ut socii eodem milia quindecim imperarentur & .xv. equites. Be bius tampilius xxxx. naues quinqremes facere iussus & ex naubus ueteres deducere siquæ inlæs essent & scribere nauales socios & consuli imperatum ut duomilia socium aclatini nominis & .M. ro manos darent pedites. Ii duo prætores & duo exercitus terrestris nauales q; aduersus nabim aperte ram oppugnantem socios .p.r. ducebantur parati. Ceteri legati ad annochum missi expectabantur & priusq; ii redissent uenerat in dominium .s.c. discedere aburbe. prætoribus fuluio & scribonio quibus ut uis diceret rome prouincia erat negotium datum ut præter eam classem cui bebius pre futurus erat centum quinqremes pararentur: priusq; consul prætoresq; in prouincias proficiscerentur sup plicatio fiat prodigiorum causa. Capram sex bedos uno fœtu edidisse ex piceno nuntiatum est. & arren pueri natum unimanum. Amiterni terram pluuisse. formis portam murumq; de cælo tacta & quod maxime terrebat consulem. in. dominum bouem locutum roma caue tibi. Ceterorum prodigiorum causa supplicatum est: bouem cum cura seruari aliq; aruspices iusserunt. Tiberis infestiore priore impetu illatus urbi est duos pontis ædificia multa maxime circa flumentanam portam euertit. Saxum ingens siue imbribus seu motu terræ lemore q; ut aliqn sentiretur labefactatum in uicum ungarium ex capitolio procidit & multos oppressit. In agris passim inundatis pecora ablata. ullæ strages facta est. Prius q. L. quintius proconsul in prouinciam ueniret. Q. minucius in agro pi sano cum liguribus signis collatis pugnauit. nouem milia hostium occidit. ceteros fusos fugatosq; in castra compulit. Ea usq; in noctem magno certamine oppugnata defensaq; sunt. nocte clam profe cti ligures. Prima luce romanus uacua castra inuasit. Prede minus inuentum est quod subinde spolia agrorum capta domos mittebant. Minutius nihil deinde laxamenti hostibus dedit ex agro pi sano in ligures profectus castella uicosq; eorum igni ferroq; uastauit. Vbi preda ernisca quæ missa populatoribus fuerat repleuit est miles romanus. Sub idem tempus legati abregibus romam re uersum. qui cum nihil quod iustam moueram causam belli haberet nisi aduersus lacedemonium tyrannum attulissent quem & achei legati nuntiabant contra fœdus maritimam oram laconum oppugnare aciuus prætor cum classe missus in græciam est. Ad socios uendos consules quod nihil ab annocho instaret proficisci ambo in prouincias placuit. Dominus ab animo qua proxumum fuit quinus ligures in boios uenit. Duo consulum agmina diuersa late agrum hostium uastauerunt. Primo equites eorum pauci cum præfectis. deinde uniuersus senatus. postremo in quibus aut fortuna aliqua aut dignitas erat aut mille ad consules transfugerunt. Et in utraq; hispania eo anno res prospere gestæ. Nam & .C. flaminius oppidum licabrum munitum opulentumq; uneis expugnauit & nobilem regum corribilonem unum cepit. Et .M. fuluius proconsul cū duobus exercitibus hostium duo secunda prælia fecit. Oppida duo hispanorum uetera belonemq; & castella multa expugnauit. Alia uoluntate ad eum defecerunt. tum in orcitanos progressus & ibi potitus duobus oppidis noliba & cumsibi ad thagum amnem ire pgit. Toletum ibi par ua urbs erat sed loco munito. Eam cum oppugnare ueteronum magnus exercitus toletanis sub sidio uenit. Cum iis signis collatis prospere pugnauit & fusis ueteribus operibus toletum ce pit. Cæterum eo tempore minus ea bella quæ gerebantur curæ patribus erant q; expectatio

nondum cepi cum antiocho belli . Nam & per legatos idemtidem omnia expromebantur quod rumo
res temere sine ullis auctoribus orti multa falsa ueris miscebant . interq allatum erat cum in ætho
liam uenissé antiochus extemplo classem eum in siciliam misisse . Itaq senatus & si prætorem anulū
cum classe miserat in greciam tamen qua non copiis modo sed etiam auctoritate opus erat ad
tuendos socioꝝ animos . L. quintium & . cn . octauium & . cn . seruilium & . P. ullium legatos in gre
ciam misit & ut . M . bebius ex bruttiis ad tarentum & brundusium promoueret legiones decreuit
Inde si res poscerét in macedoniam traicerét & . M . fuluius prætor classem nauium . xx . mitteret
ad tuendam siciliæ oram . & ut cum imperio esset qui classem eam duceret . Duxit . L . oppius
salinator qui priore anno ed . pl . fuerat & ut idem pr . L . ualerio collegæ scribere periculum
esse ne classis regis antioch ex ætholia in siciliam traicerét . Itaq placere senatui ut ad eum exer
citum quem haberét tumultuarioꝝ milium . xii . milia & . cccc . equites scribere quibus oram
maritimam prouinciæ quæ uergeret in greciam tueri possét . Eum dilectum prætor non ex sici
lia ipsa tantum sed ex circumiacentibus insulis habuit . oppidaq omnia maritima quæ in gre
ciam uersa erant præsidiis firmauit . Addidit alimenta rumoribus aduentus attali eumenis
fratris qui nuntiauit antiochum regem hellespontum cum exercitu transisse & ætholos ua se
parare ut sub aduentum eius in armis essent . Et eumenem præsentem & absentem attalo grauem actæ
& ædes liberæ locus lauta decreta . Et munera data quina bouum . equestria arma . & uasa ar
gentea . c . pondo . Cum alii atq alii nuntii bellum instare afferrent ad rem pertinere uisum
est consules primo quoq tempore creari . Itaq . s . c . factum est ut . M . fuluius pr . literas ex
templo ad cons . mitteret quibus ceteri fierét senatui placere prouincia exercituq traduc le
gatis romam reuerti eum & ex uinere premittere edictum quo comitia consulibus creandis
ederét . Paruit iis literis consul & præmisso edicto romam uenit . eoq anno magna ambitio
fuit quod patricii tres in unum locum peterent . P . cornelius . cn . filius scipio qui priore anno
repulsam tulerat & . L . cornelius scipio . & . cn . manlius uolso . P . scipioni ut dilatum uiro tali nō
negatum honorem apparet . consulatus datus est . Additus ei de plebe collega . M . aculeus glabrio
Postero die pr . creati . L . æmilius paulus . M . æmilius lepidus . M . iunius . L . cornelius māmula
C . luuius . & . L . oppius . utriq eoꝝ salinator cognomen . Oppius is erat qui classem . xx . nauiū
in siciliam duxerat . Interim dum noui magistratus sortirentur prouincias . cn . bebius á brun
dusio cum omnibus copiis transire in epirum est iussus & circa apolloniam copias continere
& . M . fuluio pr . urb . negotium datum est ut . v . remes nouas . L . facerét . & populus quidem ro
manus ita se ad omnis conatus antioch præparabat . Nauis iam non differebat bellum sed sūma
ui citheam oppugnabat & infestus achæis quod miserant obsessis præsidium agros eoꝝ uastabat
Achæi non antea ausi capescere bellum q̄ ab roma reuertissent legati ut quid senatui placeret sci
rent post redditum legatoꝝ & sycionem concilium ediderunt & legatos ad . T . quinctium mi
serunt qui consilium ab eo peterent in concilio omnium ad bellum & extemplo capescendum
inclinatæ sententiæ erant . Literæ . T . quintii cunctationem fecerunt quibus auctor erat
prætorem classemq romanam expectandi . Cum principum alii in sententia pmanerent alii
utendum eius quem ipsi consuluissent consilio censerent multitudo philopemenis sententiam

expectabat. Pretor is tum erat & omnis eo tempore & prudentia & auctoritate anteibat. Is pre
fatus bene comparatum apud æbolos esse ne pretor cum de bello consuluisset ipse sententiam dice
ret statuere q̃primum ipsos quid uellent uisit. Pretorem decreta eor cum fide & cura executurum
admoturumq; ut q̃um in consilio humano positum esset nec pacis eos peniteret nec belli. Plus ea ra
tio momenti ad incitandos ad bellum habuit q̃ si aperte suadendo cupiditatem rei gerendi osten
disset. Itaq; ingenti consensu bellum decretum est. Tempus & ratio administrandi eius libera preto
ri permissa philopemene sunt preter q̃ quod ita quincto placere & ipse existimabat classem roma
nam expectandam quæ mari cytheum tueri posset. Sed metuens ne dilationem res non paterentur
& non cytheum solum sed præsidium quoq; missum ad tuendam urbem amitteretur naues aceor
deduxit. Comparauerat & tyrannus modicam classem ad prohibenda siqua obsessis mari sumittere
tur præsidia. Tres tectas nauis & lembos iis quæ tradita uetere classe ex fœdere romanis hau ut
nouas tum nauium agilitatem experiretur. simul omnia satis apta ad certamen essent. Pro
uectos in altum condie remigem militemq; simul aceis naubus pugnam exercebant. In eora
tus uero spem obsidionis si præsidia marituma intercluisset. Pretor aceor sicut terrestrium cer
taminum arte quemuis claror imperator usu uel ingenio æquabat ita rudis in re nauali erat
Archas mediterraneus homo externor etiam omnium nisi quod in creta præfectus auxilior mil
tauerat. Quadriremis uetus capta annis ante. Lxxx. cum crateri uxorem micalam ab naupa
cto corynthum ueheret. huius fama motus uenit enim nobilem in classe regiam quondam nau
gium deduci. Adhæc eo putrem iam admodum & uetustate dilabentem uisit hac tum pretoria
naue præcedente classem. Cum in ea patrensis piso præfata classis ueheretur. occurrerunt
agrinolagonum naues. & primo ictum incursu ad nouam & firmam nauem. Vetus quæ
ipse ipsa omnis compagibus aquam acciperet diuulsa est capiq; omnes qui in naue erant.
Cetera classis pretoria naue amissa q̃um queq; remis ualuit fugerunt. Ipse philopemene
in lem piscatoria naue fugit. Nec ante fuge finem q̃ patras uentum sit fecit. Nihil ea res
animum militaris uiri & multos experti casus imminuit quin contra in mare nauali cuius
esset ignarus offendisset eo plus in ea quor usu callere spei nactus breue id tyranno gaudiu
se effecturum affirmauit. Nauis tum spem iam haud dubiam nactus nihil iam mari pericu
tumens terrestres aditus claudere oportune positus præsidius uoluit. Tertia parte copiar ab
obsidione cythei abducta ad pleuas posuit. Immina is locus & leuis & acris qua uidebantur
hostes exercitum admoturi. Cum ibi statiua essent pauci tabernacula haberent multitudo
alia casas ex harundinibus textas fronde quæ umbram modo præberent erexissent prius q̃
in conspectum hosti ueniret philopemenes nec opinantem eum improuiso genere belli aggredi
statuit. Naugia parua instationem occultam agri contraxit. In ea expeditos milites ceteratos
pleroscq; cum fundis & iaculis & alio leui genere armaturæ imposuit. Inde littora legens cum
ad propinquum castris hostium promunctorium uenissent egressus callibus notis nocte pleuas ue
nit. et sopitus uigilibus ut in nullo propinquo metu ignem casis ab omni pte castror iniecit. Mul
ti prius incendio absumpti sunt q̃ hostium aduentum sentirent & qui senserunt nullam opem
afferre potuerunt. Ferro flammaq; omnia absumpta. perpauci tamen ancipiti peste ad cythe

uum in maiora castra perfugerunt . Ita perculsis hostibus phlopemenes protinus ad depopulandam tripolim laconicæ agri qui proximus finem megalopolitæ est duxit & magna ui pecoris hominumq; inde abrepta priusq; á gythelo tyrannus præsidium agris mitteret discessit . Inde thelegam exercitu contracto concilioq; eodem & achæis & sociis indicto in quo & epirotæ & acarnanum fuere principes statuit quoniam saluis essent testes . Suoq; & á pudore maximæ ignominiæ restitui animi & hostium contemni essent ad lacedemonem ducere . Eo modo unoratus ab obsidione cythei hostem abduci posse . ad cariæ primum in hostium terra ponit castra . Eo ipso die cytheum expugnatum . Cuius rei ignarus phlopemenes castra ad barbas thenes mox est . x . mil . passuum ab lacedemone processit . & nauis recepto cythelo cum expedito exercitu inde profectus cum præter lacedemonem rapum duxisse pyrrhi quæ uocant castra occupauit . quem per locum ab achæis non dubitabat . Inde hostibus occurrit . Obtinebant autem longo agmine propter angustias uiæ ppe v . miha passuum ab lacedemone . Cogebatur agmen ab equitibus & maxime á parte auxiliorum qđ existimabat phlopemenes tyrannum mercennariis militibus quibus plurimum fideret ab tergo suos aggressum . Duæ res simul inopinatæ peculerunt eum . una preoccupatus quem petebat locus altera quod primo agmini occurrisse hostem cernebat . Vbi cum per loca confragosa iter esset sine leuis armaturæ præsidio signa ferri non uidebat posse . Erat autem phlopemenes præcipue in ducendo agmine locisq; capiendis sollertiæ atq; usus . nec belli tantum temporibus sed etiam in pace se ad id maxime exercuerat . Vbi iter copiam facere & ad difficilem transitu saltum uenisse contemplatur ab omni parte loci naturam . Cum solus iret secum ipse agitabat animo cum comites haberet ab iis quærebat si hostis eo loco apparuisse . quid si á fronte . quid si ab latere hoc aut illo . quid si ab tergo adorireatur capiendum consilium foret . Hos se instructos recta acie posse incognitum agmen & tantumodo aptum uiæ occurrere . quem locum ipse capturus esset cogitando aut quærendo exequebatur aut quot armatis aut quo genere armorum . Plurimum enim interesse uidebat . quo impedimenta . quo sarcinas . quo turbam inermem reiicere . q̃to ea aut quali præsidio custodiræ & utrum pgere qua cepisse iter ua . an eam qua uenisse repetere melius esset

C astris quoq; quem locum caperet q̃um munimento amplecterentur loci qua opportuna aquatio qua pabuli lignorumq; copia esset . qua postero die castra mouerent utrum maxime iter . quæ forma agminis esse ut curis cogitationibusq; ita abimeunte ætate animum agitauerat ut nulla ei noua in tali re cogitatio esset . Achæum omnium primum agmen constituit . Dein cretensis auxiliares & quos tarentinos uocabant equites binos secum habentis equos ad prima signa misit & ut his equitibus subsequi super torrentem unde aquari possent ripam occuparent . Eo impedimenta omnia & calonum turbam conjectam armatis circundedit & pro natura loci castra cõmunit . Tabernacula stauere in asperis & in æquabili solo difficile erat . hostes . v . miha passuum aberant . Ex eodem uno utriq; cum præsidio leuis armaturæ aquari sunt . ex prius q̃ qualia in propinquis castris solent contraberetur certamen nox intercepit . Postero die apparebat pugnandum pro aquatoribus circa ripam esse . Nocte in ualle á conspectu hostium aversa q̃tam multitudinem locus occulere potuerat condidit ceteratos . Luce orta cretensium leuis armatura & tarentinum equites sup torrentem prælium cõmiserunt . Ceteratus cretensis

popularibus suis equitibus hyporias megalopolitanis preerat. Cretensis & hostium auxiliares equi
resq; idem genus tarentinum presidio aquatoribus erant. Aliq̃diu dubium prelium fuit ut eodē
ex parte utraq; hominum genere & armis paribus procedente certamine & numero uicere tyran
num auxiliares. Et qua ira preceptum a philopemene prefectis erat ut modico edito prelio
in fugam inclinarent hostemq; ad locum insidiis paratum perducerent effusi secum fugientes p conuallem
plerosq; & uulneratos & interfectos sint prius q̃ occultum hostem uiderent. Ceterum ira q̃um lan
tudo uallis patebatur instructi sederant ut facile p intervalla ordinum fugientes suos acciperent.
C onsurgunt deinde ipsi integri recentes instructi & in hostis inordinatos effusos labore etiam & uul
neribus fessos impetum faciunt. Nec dubia victoria fuit. extemplo terga dedit tyrannus miles &
haud paulo concitatiore cursu q̃ secum is erat fugiens in castra est compulsus. Multi cesi capiq; in
fuga sunt. & castris quoq; fora trepidatum ni philopemenes receptui cani iussisset. Loca magis con
fragosa quacunq; temere processisse nequaq̃ hostem metuens. Inde ex fortuna pugnae ex ingenio
ducis cogitans in quo tum is pauore esse unum de auxiliaribus spectare transfugere mittit ad eum
qui pro comperto afferret adeos stetisse postero die ad eurotam amnem qui prope ipsis affluit me
nibus procedere ut intercluderentur ne aut tyrannus cum uelit receptum ad urbem habere
aut cōmeatus ab urbe in castra portarentur. Simul etiam tentaturos si quos animi solicitari ad
defectionem a tyranno possent. Non tam fidem dicti perfuga fecit q̃ perculso metu relinquendi
castra causam probabilem prebuit. Postero die pythagoram cum auxiliaribus & equitatu stato
nem agere pro uallo iussit. Ipse tanq̃ in aciem cum robore exercitus egressus signa ocius ferri ad
urbem iussit. Philopemenes postq̃ citatum agmen p angustam & procliuem uiam duci raptum ui
dit equitatum omnem & cretensium auxiliares in stationem hostium quae pro castris erat emittit
I lli ubi hostis adesse & suos se desertos uiderunt primo in castra recipere se conati sunt. Deinde postq̃
instructa acies tota adeos admouebatur metu ne cum ipsis castris caperentur sequi suos agmē
aliq̃tum pregressum insistunt. Extemplo ceteri adeos in castra impetum faciunt. ceteri ad
persequendos hostis ire pergunt. Erat iter tale per quod ira tranquillum ab hostili metu agmen
expedire posset. Vt ū ad postremos prelium ortum est clamorq; terribilis a tergo patentium ad
prima signa est sublatus pro se quisq; armis abiectis in circumiectas inter silvas diffugunt. mo
mentoq; temporis strage armorum septa uia est maxime hastis quae plerisq; aduersis cadentes iacue
rant uallo obiecto iter impedichant. Philopemenes utcunq; posset instare & persequi auxiliaribus iussis
unusquisq; enim equitibus haud facilem futuram fugam. ipse grauius agmen ira paremore ad eurotam
amnem deduxit. Ibi castris sub occasum solis positis leuem armaturam quam ad persequendum reli
querat hostem operiebatur. Qui ubi prima uigilia uenerunt nunciantes tyrannum cum pau
cis ad urbem peruenisse ceteram multitudinem inermem toto sparsam uagari saltu corpora cu
rare eos iubet. Ipse tum ex cetera copia militum qui qua priores in castra uenerant refectis &
cibo sumpto & modica quiete erant. delectos nihil praeter gladios secum ferentis extemplo educit
& duabus portarum itineribus quae phacas quaeq; barnosthenes ferunt eos instruxit qua ex fuga
recepturos se se hostis credebant. Nec eum opinio fefellit. Nam lacedemonii quoad lucis super
fuit qua demissi callibus medio saltu recipiebant se primo uespere ut lumina in castris hostium

conſpexere regione eoꝝ occultiſ ſemituſ ſe tenuerunt. Vbi prægreſſi eaſunt iam uiuum ratu in pa
temiſ uiaſ deſcenderant. Ibi excepti abinſidente hoſte paſſim ita multi cæſi capiq; ſunt ut uix q
uarta parſ de toto exercitu euaſerit. Philopemenes incluſo tyranno in urbem inſequentiſ dieſ
prope triginta uaſtandis agriſ laconum abſumpſit. debilitatiſq; ac prope fractis tyranni uiribuſ
domum redit. æquantibuſ cum gloria reꝝ acheiſ imperatori romano. Et quod ad laconum bel
lum attineret præferentibuſ etiam. Dum inter acheoſ & tyrannum bellum erat legati romanoꝝ
circumire ſociaꝝ urbeſ ſoliciti ne ætholi partiſ aliquiſ animoſ ad antiochum attuliſſent mini
mum operæ in acheiſ adeundis conſumpſerunt. Quoſ quia nauali infeſti erant ad cætera quoq;
ſatis fidoſ cenſebant eſſe. Athenaſ primum inde calchidem inde in theſſaliam iere. allocutiq;
concilio frequenti theſſaloſ demetriadem uer direxere. Eo magnetum concilium indictum eſt
Accuratior ibi habenda oratio fuit quod parſ principum alienari romaniſ totiq; antiocho & æthe
loiſ erant. quia cum reddi obſidem philippum filium allatum eſſet ſtipendiumq; impoſitum re
mum inter cætera uana allatum erat demetriadem quoq; ei reddituroſ romanoſ eſſe. Id ne fie
ret eurilochuſ princepſ magnetum factioniſq; euiſ quidam nouarum ætholoꝝ antiochiq; aduen
tum malebant. Aduerſuſ eoſ ita diſſerendum erat ne timorem uanum iſ demendo ſpeſ incuſa
philippum abalienaret. in quo pluſ ad omnia momenti q̃ in magnetibuſ eſſet. Illa tantum cõ
memorata cum tota græcia beneficio liberatiſ obnoxia romaniſ eſſet tum eam ciuitatẽ pre
cipue. Ibi enim non præſidium modo macedonum fuiſſe ſed regiam exædificatam ut preſens
ſemper in oculiſ habendiſ eſſet dominuſ. Cæterum nequicq̃ ea facta ſi ætholi antiochum in
philippi regnum adduceremt & nouuſ & incognituſ pro noto & experto habendiſ rex eſſet
Magnetarchen ſummum magiſtratum uocant. Is tum eurilochuſ erat. ac poteſtate ea freti
negauit diſſimulandum ſibi & magnetibuſ eſſe. quæ fama uulgata de reddenda demetriade
philippo foret. Id ne fieret omnia & conanda & audenda magnetibuſ eſſe & inter dicendi
contentionẽ inconſultius euectuſ protecit tum quoq; ſpetie liberam demetriadem eſſe. Reue
ra omnia ad nutum romanoꝝ fieri. Sub hac uoce fremituſ uariantiſ multitudiniſ fuit par
tim ad ſenſum parum indignatione dicere id auſum eum. Quidam quidem adeo exarſit ira ut manuſ ad cælum tendens ac deoſ teſtes ingrati ac pfidi animi magnetum inuocaret.
Hac uoce preterritiſ omnibuſ zeno ex principibuſ unuſ magnæ tum ob eleganter actam uitã
auctoritatiſ. tum quod ſemper romanoꝝ haud dubie partiſ fuerat. ab quinctio legatiſque
aliiſ flens petit ne unuſ amentiam ciuitati aſſignarent ſuo quemq; periculo furere. Magne
taſ non libertatem modo ſed omnia quæ hominibuſ ſancta caraq; ſunt. T. quinctio & P. R.
debere. Nihil quenq̃ ab diis immortalibuſ precari poſſe quod non magnetes ab illiſ haberẽt
& in corpora ſua ciuiſ p furorem ſæuituroſ q̃ ut romanam amicitiam uiolarent. Huius
orationem ſubſecutæ multitudiniſ preceſ ſunt. Eurylochuſ ex conſilio tuentibuſ occultiſ
ad portam atq; protinuſ in ætholiam profugit. Iam enim & id magiſ in dieſ ætholi defectio
nem nudabant. eoq; ipſo forte tempore phoaſ princepſ gentiſ quem miſerant ad antiochũ
redibat. indeq; mennippum ſecum adduxerat regiſ legatum qui priuſ q̃ concilium iſ dare
tur impleuerant omnium aureſ terreſtriſ naualiſq; copiaſ cõmemorando ingentem uim pe

dunum equitumq; uenire ex india elephantos ad omnia quo maxime credebant mouere mul
titudinis animos tantum aduehi ut ipsos emere romanos posse. Apparebat quid ea oratio
in concilio moura esset. Nam & uenisse eos & quæ agerent omnia legatis romanis deferebant
ur. Et quamq; prope abscissa res erat tamen non ab re esse quintio uisum est socios aliqs
legatos interesse ei concilio. Qui admonerent romanæ societatis ætholos qui uocem liberam
mittere aduersus regis legatum auderent. Athenienses maxime in eam rem idonei uisi
sunt ppter & ciuitatis dignitatem & amicitiam cum ætholis. Ab iis quintius petit ut lega
tos ad panetolicum concilium mitterent. Phoas primus renuntiauit legationem in co con
cilio. Menippus post eum est intromissus. Optimum fuisse omnibus qui graeciam asiamq;
incolerent aut integris rebus philippi potuisse interuenire antiochum. Sua quemq; habi
turum fuisse. neq; omnia sub nutum diuonemq; romanam puentura. Nunc quoq; inqt
si modo uos quæ inchoatis consilia constanter pduciis ad exitum poterit dis inimicibus
& ætholis socius antiochus q̃uis inclinatas graeciæ res restituere in pristinam dignitatem.
E a autem in libertate posita est quæ suis statuuribus non ex alieno arbitrio pendet. Athe
nienses quibus primus post regiam legationem dicendi quæ uellent potestas facta est mentione
omni regis praetermissa romanæ societatis ætholos meritoq; in inuersam graeciam. T. quintii
admonuerunt ne tenere eam nimia celeritate consiliog euerterent. Consilia callida & au
dacia prima specie læta tractatu dura euentu tristia esse. Legatos romanos & in is. T. quintium
haud procul inde abesse. Dum integra omnia essent uerbis potius de iis quæ ambigerentur di
sceptarent q̃ asiam europamq; ad funestum armarent bellum. Multitudo auida nouandi
res antiochi tota erat & ne ad mittendos quidem in concilium romanos censebant. Principũ
maxime senores auctoritate obtinuerunt ut daretur iis concilium. Cum hoc decretum athe
nienses reuulissent eundum in ætholiam quinctio uisum est. Aut enim motuum aliquid aut
omnis homines testes fore penes ætholos culpam belli esse. Romanus iusta ac prope necessaria
sumpturos arma. Postq̃ uentum est eo quintius in concilio orsus a principio societatis æthe
log cum romanis & quoniam ab iis fides mota fœderis esset. Pauca de iure ciuitatum de qui
bus ambigeretur disserit. Siquid tamen equi se habere arbitrarentur q̃to esse satius roma
nis mittere legatos seu disceptare seu rogare senatum mallent q̃ populum ro. Cum antiocho in
itus ætholis non sine magno motu generis humani & prime graeciæ dimicare. nec ullos pri
us cladem eius belli sensuros q̃ qui mouissent. Hoc nequicq̃ uelut uaticinatus romanus.
T hoas deinde ceteriq; factionis eiusdem cum assensu omnium audiri pucerũt ut ne dilato
quidem consilio & absentibus romanis decretum fieret quo accerseretur antiochus ad libe
randam graeciam. Disceptatumq; inter ætholos & romanos. huic tam superbo decreto ad
didit propriam contumeliam damocritus prætor eog. Nam cum idipsum decretum po
scerent. T. quintius non ueritus maiestatem uiri primo alind in præsentia quod magis iusta
res preuertendum sibi esse dixit. Decretum responsumq; in italia breui castris sup ripam
tiberis datarum positis. Tantus furor illo tempore gentem æthologum tantusq; magistratus
eog cepit. Quintius legatiq; corynthum redierunt. Inde ut quemq; de antiocho nihil

per se ipsi mou & sedentes expectare motum uiderentur regis concilium quidem uniuerse gentis post dimissos romanos non habuerunt. Per apocletos autem ita uocant sanctius concilium ex delectis constat uiris id agitabant quonam modo ingreciam res nouarentur. Inter omnis constabat in cunctis tribus principes optimum quemq; romane societatis esse & presenti statu gaudere. Multitudinem & quos res non ex sententia ipsos essent omnia nouare bella. Etholi consilium imo die spei quoque non audacis modo sed etiam impudentis ceperunt demetriadem calcide lacedemone occupandi
S inguli in singulas principes missi sunt. Thoas calcidem alaxamenus lacedemonem diocles demetriadem. hunc exul eurilochus de cuius fuga causaq; fuge ante dictum est qua rediit in patriā nulla alia erat spes aditus. Literis eurilochi admoniti propinqui amicaq; & qui eiusdem factionis erant liberos & coniugem eius cum sordida ueste tenentes uelamenta supplicum comitatum frequentem adierunt singulos uniuersosq; obtestantes ne insontem indemnatum consenescere in exilio sinerent. Et simplices homines misericordia & improbos seditiososq; imiscendi res tumultu etholio spes mouit prosequiq; reuocari iubebant. Its preparatus diocles cum omni equitatu & erat tum prefectus equitum spem reducendi exulem hospitem profectus die ac nocte ingenti itinere cum suis cum milia sex ab urbe abessa luce prima tribus electis turmis cetera multitudine equitum subsequi iussa precessit. Postq̄ portae appropinquabat desilire omnes equis iussit & loris ducere equos inermis maxime modo solum ordinibus ut comitatus magis prefecti uideretur q̄ presidium
I bi una ex turmis ad portam relicta ne excludi subsequens equitatus posset media urbe ac p̄ forum eurilochum tenens multis occurrentibus gratulantibusq; domum deduxit. Mox equitum plena urbs erat & loca opportuna occupabantur. Tum in domos missi qui principes aduersae factionis interficerent. Ita demetrias etholo facta est. Lacedemoni non urbi uis afferenda sed tyrannus dolo capiendus erat quem spoliatum maritimis oppidis abromanis tunc intra moenia etiam lacedemonis ab achais compulsum qui occupassa occidere cum potuis gratiam rei apud lacedemones laturum causam mutandi ad eum habuerunt quod fatigabat precibus ut auxilia sibi cum illis aetoribus rebellassa mitterentur. cc. pedites alaxameno dati sunt & .xxx. delecti ex iuuentute equites. Is a prętore damocrito in consilio archano genus de quo ante dictum est. denuntiatur ne se ad bellum achaicum aut rem ullam quam sua quisq; opinione precipere possa crederent missos esse. Quicquid alaxamenum res mouissa subito consilii capere ad id q̄uis inopinatum temerariū audax obedienter exequendum parati essent ac pro eo acciperent tanq̄ ad id unum agendum missos ab domo se ferrent. Cum iis ita preparatis alaxamenus ad tyrannum uenit quem aduenientis extemplo spei impleuit amnocum in europam transisse mox in grecia fore terras maria armis uiris completurum. Non cum philippo rem esse credituros romanos. numerum inuictum peditum equitumq; ac nauium non posse. Elephantos aciem conspectu ipso debellaturam. Etholos suo exercitu paratos esse uenire lacedemonem cum res poscat. Sed frequentis armatos ostendere uenienti regi uoluisse
N aucti quoq; & ipsi faciundum esse ut quas haberā copias non sineret subitus marcescere ociose
D educerā & in armis decurrere cogeret simul animos acuerā & corpora exercerā & consuetudine laborem fore & comitate & benignitate ducis etiam non inocundum fieri posse. Educi inde frequenter ante urbem in campum ad euroten amnem cepere satellites tyranni. Media

fere in acie consistebat tyrannus cum tribus summum equitibus inter quos plerunq; alaxamenus erat ante signa uectabatur cornua extrema inuisens in dextro cornu ætholi erant. Et qui ante auxiliares tyranni fuerant & qui uenerant tres cum alaxameno fecerant sibi morem.

Alaxamenus nunc cum tyranno inter paucos ordines circumeundi monendiq; eum quæ in rem esse uidebatur nunc in dextrum cornum ad suos adequitandi. mox inde uelut imparo quod res poposcisse recipiendi ad tyrannum se quem diem parando facinori statuerat eo paulisper cum tyranno uectatus cum ad suos concessisse cum equitibus ab domo secum missis. Agenda inqt res est iuuenes audendaq; quam me duce impigre exequi uisi estis. Parate animos dextras ne quis eo quod me uiderit facientem cessa. qui cunctatus fuerit & suum consilium meo interponet scitat sibi reditum ad penates non esse. horror cunctos cepit & meminerant cum quibus mandatis exissent. Tyrannus ab leuo cornu ueniebat. Ponere hastas equites alaxamenus iubet & se inuicem. colligit & ipse animum confusum tantæ cogitatione rei. Postq̃ appropinquabãt impetum facit & transfixo equo tyrannum deturbat. Iacentem equites confodiunt multis frustra in loricam telis. Tandem in nudum corpus uulnera puenerunt & prius q̃ media acie succurreretur expirauit. Alaxamenus cum omnibus ætholis citato gradu ad regiam occupandam pgit. corporis custodes cum in oculis res gereretur pauor primo cepit. Deinde postq̃ abire æthlos agmen uidere concurrunt ad relictum tyranni corpus. Perpaucos turba ex custodibus uiros mortisq; ultoribus est facta. Nec mouisse se quisq̃ si extemplo positis armis uocata in contionem multitudo fuisset. & oratio habita tempori conueniens. Frequentes in retentis in armis æthlis sine mora cuiusq̃. Sed ut oportuit in consilio fraudis cepto omnia in maturandam pronem eos qui fecerant sunt acta. Dux regia inclusis diem ac noctem in seruandis thesauris tyranni consumpsit. æthli uelut capta urbe quam libere uideri uolebant in prædam uersi. simul indignitas rei ac simul contemptus animos lacedemonios ad coeundum fecit. Alii dicere excurbandos æthlos & libertatem cum restitui uideretur intercepram repetendam. Alii ut caput agendæ rei esset regii generis aliquem in speciem assumendum. Lacomicus enim stirpis erat puer admodum educatus cum liberis tyranni eum in equum imponunt & armis arreptis æthlos uagos p urbem cædunt. Tum regiam inuadunt. ibi alaxamenum cum paucis resistente obruncant. æthli circa calchoten minerue æreum est templum congregati cæduntur. Pauci armis abiectis pars regiam pars megalepolim pfugunt. Ibi comprehensi a magistratibus sub corona uenerunt.

Philopemenes audita clade tyranni profectus lacedemonem cum omnia turbata metu inuisse euocatis principibus & oratione habita qualis habenda alaxameno fuerat societatem achæor lacedemonios attinuit eo etiam facilius quod ad idem forte tempus. A. attilius cum quattuor & uiginti quinqremibus ad cythelum accessit. Iisdem diebus circa calchedem phoas p euthymidam principem pulsum opibus eor qui romanæ societatis erant post T. quintii legatorq; aduentum etherodum etanum mercatorem sed potentem calchide propter diuitias præparatus ad proditionem iis qui euthymide factionis erant nequaquam tandem fortunam qua demetrias p eurilochum occupata erat habuit. Euthymidas ab atheis

eum domicilio delegerat locum thebas primum . hinc salgnea processit . herodorus ad trionum
unde haud procul in malhaco sinu uiginti milia pedium & thoas ducentos equites . naues onerarias
leues ad triginta habebat . Eas cum .dc. pedibus herodorus traicere in insulam adlantem ius
sus ut inde cum pedestris copias appropinquare iam audiit atq; euripo sensisse calchidem trai
cere . Ipsi ceteras copias nocturnus maxime umeribus q̃ta poterant celeritate calchidem ducebãt
Multo & enochdes penes quos tum summa erat, pulso euthymida calchide erat seu ipsi per se suspi
cati seu indicata re primo pauidi nihil usq̃ spei nisi in fuga ponebant . Deinde posteq̃ resedit
terror & prodi & deseri non patriam modo sed etiam romanoꝝ societatem cernebant consilio
tali animum adiecerunt . Sacrum annuersarium eo forte tempore erectre amarynthidi dia
ne erat quod non popularium modo sed caristhoꝝ etiam cetu celebratur . Eo miserunt qui
orarent eretrienses caristheosq; ut & suaꝝ fortunaꝝ in eadem insula genti misererentur & ro
manam societatem respicerent ne sinerent echolorum calchidem fieri . euboeam abituros si cal
chidem habuissent . Graues fuisse macedonas dominos . multominus tolerabiles futuros echolos
Romanoꝝ maxime respectu ciuitates mouit & uirtutem nuper in bello in uictoria uisitãm ben
gnitatemq; experta . Itaq; quod roboris in iuuentute erat utraq; ciuitas armauit muniq; ius tu
enda mœnia calchidis . Oppidani cum tradidissent ipsi omnibus copiis transgressi euripum ad
salganea posuerunt castra . Inde caduceator primum deinde legati ad echolos missi percuncta
tum quo suo dicto pactoq; socii atq; amici ad se oppugnandos uenirent . Respondit thoas dux
echoloꝝ non ad oppugnandos sed ad liberandos ab romanis uenire sese . Splendidiore nunc
eos catbena sed multo grauiore uinctos esse q̃ cum presidium macedonum in arce habuissent
Se uero negare calchidenses aut seruire ulli aut præsidio cuiusq̃ egere . Itadigressi ex colloqo
legati ad suos thoas & echoli ut qui spem omnem in eo ut improuiso opprimerent habuisset
ad iustum bellum oppugnationemq; urbis mari ac terra muniri haudquaq̃ pares domum
redire . Euthymidas posteq̃ castra popularium ad salgenea esse profectosq; echolos audiit
& ipse á thebis athenas rediit & herodorus cum per aliquot dies interuisus ab allante signum
nequicq̃ expectasset & missa speculatoria naue ut quid more esset scirá posteq̃ rem omissam
ab socius uidit thrionium unde uenerat repetit . Quintus quoq; ius audius ab corýntho ue
niens nauibus in calchide euripo eumen regi occurrit . Placuit .d. militet præsidii causa
relinqui calchide ab eumene rege . ipsum athenas ire . Quintus quo profectus erat deme
triadem contendit ratus calchidem liberatam momento aliquid apud magnetas ad repeten
dam societatem romanam facturam & præsidii aliquid esse siue parui hominibus . Eumo
mo prætor thessaloꝝ scripsit ut armata iuuentutem & demetriadem præmisit ad tentan
dos animos non aliter nisi pars aliqua inclinaret ad respectum pristinæ societatis rem ag
gressurus . Villius quinqremi naue ad hostium portus est inuectus . eo multitudo omnis
magnetum cum se effudisset quæsiuit uillius utrum ad amicos an ad hostis uenire mallet
Respondit magnetarches eurilochus ad amicos uenisse eum . sed abstinere portu & sinere ma
gnetas in concordia & libertate esse nec per colloquii spetiem multitudinem solicitaret .
A hercano unde non sermo fuit cum romanus ut ingratos increparet magnetas imminentisq;

prædicare cædes multitudo obstrepe nunc senatum nunc quintium accusando . Ita irrito
incepto uilius ad quintium sese recepit . At quintius nuntio ad prætorem misso ut redu
cere domum copias ipse nauibus corynthum redit . Absulere me uelut de spatio græcæ
res immixtæ romanis non quia ipsas operepretium essæ perscribere sed quia causæ cum
antiocho fuerunt belli . Consulibus designatis inde nanq deuerteram . L . quintius &. cn .
domitius consules in prouincias profecti sunt . Quintius in ligures . domitius aduersus bo
ios . Boii qui fuerunt atq etiam senatus eor cum liberis & præfecta cum equitatu summa
omnium . M . & quingenti consuli dediderunt se se . Ab altero consule ager ligurum late
est uastatus castellaq aliquot capta . Vnde non præda modo omnis generis cum captiuis
parta sed recepti quoq aliquot ciues sociisq qui in hostium potestate fuerant . Eodem
hoc anno bibone colonia deducta est exc . s . c . plebiq scito . Triumuiri deduxerunt eos . q . nemius . M . minutius . M . furius crassus
quina dena iugera agri data in singulos pedites sunt duplex equiti . Bructior proxime
fuerat ager . Brutii ceperant de græcis . Romæ pidem tempus duo maxumi fuerunt ter
rores diuitus alter sed segnior . Terra dies duo de xl . mouit prondem dies ferie in solicitu
dine ac mœtu fuere . In triduum eius rei causa supplicatio habita est . Ille non pauor ua
nus sed uera multor clades fuit . Incendio a foro boario orto diem noctemq ædificia in
tiberim uersa arsere tabernæq omnes cum magni prætii mercibus conflagrauerunt . Là
fere in exitu annus erat & in dies magna fama de antiocho bello & cum patribus cresce
bat . Itaq de prouinciis designator magistratuum quo intemores essent omnes agitari
ceptum est . Decreuere ut consulibus italia & quo senatus censuissæ . Iam esse bellum aduer
sus antiochum regem omnes sciebant prouinciæ essent cuius ea sors esset . uii . peditum
ciuium romanor & . ccc . equites . Sex milia socium latini nominis cum . cccc . equitibus
sunt decreta . Eor dilectum habere . L . quintius consul iussus . moraretur quo minus con
sul nouus quo senatus censuisset extemplo proficisci posset . Item de prouinciis prætor
decretum est . prima ut sors duæ urbana quæ & inter ciues ac pegrinos iurisdictio essæ
secunda bructii tertia classis ut naugaret quo senatus censuissæ . quarta sicilia . quinta
sardinia sexta hispania ulterior . Imperatum prætera . L . quintio consuli est ut duas
legiones ciuium romanor nouas conscriberæ & socium ac latini nominis . xx . milia pedi
& . dccc . equites . Eum exercitum prætori cui brutii prouincia euenissæ decreuerunt .
E dis uotis eo anno in capitolio dedicatæ sunt uouerat . L . furius purpureo pr . gallico bello
unam . Alteram consul dedicauit . q . marcius ralla diuisuit . Iudicia in feneratores eo
anno multa seuere sunt facta accusantibus priuatis ædilibus curulibus . M . tuccio & . P .
uinio bruto . De multa damnator quadrigæ inauratæ in capitolio positæ . & in cella
uouis supra fastigium edicule æ & . xii . clupea inaurata . & idem porticum extra portã
trigeminam inter lignarios fecerunt . Intentus in apparatum non belli romanus ne ab
antiocho quidem cessabatur . Tres eum ciuitates tenebant smyrna & alexandria troas
& lampsacus quas neq ui expugnare ad eam diem poterat neq conditionibus in amicitiam

pellicere. Neq; ab tergo relinquere trauciensq; ipse in europam uolebat. Tenuit eum de hannibale deliberatio & primo naues aperte quas cum eo missurus in africam fuerat morate sunt. Dein de an omnino mittendus esset consultatio mota est. Maxime á thoante ætholo qui omnibus in grecia tumultu complens demetriadem deferebat in potestate esse. & quibus mendacius de rege multiplicando uerbis copias cuius creuerat multos in grecia animos. Iisdem & regis spē inflabat omnium uotis eum accersiri. concursum ad littora futurum unde classem regiam prospexissent. Hic idem auctus de hannibale est mouere sententiam propetam certam regis

Nam neq; dimittendam partem nauium á classe regia censebat. neq; si mittende naues forent minus quenq; ei classi q̄ hannibalem preficiendum. Exulem illum & penum esse cui mille in dies noua consilia uel fortuna sua uel ingenium posset facere. & ipsam eam gloriam belli qua uelut dote hannibal concalueret nimiam in prefecto regio esse. Regem unum ducem unum imperatorem uideri debere si classem si exercitum amittat hannibal idem damni fore ac si paluum ducem amittantur. siquid prospere eueniat hannibalis eam non amplam gloriam fore. Si uero uersō bello uincendi romanos fortuna detur quam spem esse sub rege uicturum hannibalem uni subiectum qui patriam prope non uiderit. Non ita se á iuuenta eum gessisse spe animoq; complexum orbis terrarum imperium ut in senectute dominum laturus uideatur. Nihil opus esse regi duce hannibale comite & consiliario eodem ad bellum uti posse modicum fructum ex ingenio tali neq; grauem neq; imitem fore si summa petantur & dantem & accipientem pregrauatura.

Nulla ingenia tam prona ad inuidiam sunt q̄ eorum qui genus ac fortunam suam animis non æquāt qua uirtutem & bonum alienum oderunt. Exemplo consilium mittendi hannibalis quod unum in principio belli uulgo cognitum erat abiectum est. Demetriadis maxime defectione ab romanis ad ætholos elatus non ultra differre profectionem in graeciam constituit. Prius q̄ soluere naues iussum á mari descendit ut minerue sacrificaret. Vnde ad classem reuersus proficisceretur. xl. lectis nauibus apertis. Lx. & ducentæ onerariæ cum omnis generis cōmeatu belli quoq; alio apparatu sequebantur.

Imbrium primo insulam tenuit unde sciathum traiecit. Vbi collectis in alto quæ dissipatæ erant nauibus ad pteleum primum continentis uenit. Ibi eurilochus & magnetarches principesq; magnetum ab demetriade occurrerunt. Quos frequentia lætus die postero in portum urbis nauibus est inuectus. Copias haud procul inde exposuit. x. peditum fuere & d. equites sex elephanti. Vix ad graeciam nudam occupandam satis copiæ nedum ad sustinendum romanum bellum. Etholi postq̄ demetriadem uenisse amphilochum allatum est concilio indicto decretum quo accerserent eum fecerunt

Iam profectus ab demetriade rex quia ita decreuisse sciebat phalera in sinum maliacum processerat

Inde decreto accepto tāmeam uenit excepitus ingenti fauore multitudinis cum plausibus clamoribusq; & quibus alius lætitia effusa uulgo significatur in concilium ut uentum est. Aphanea pretore principibusq; inde silentio facto dicere orsus rex. Prima eius oratio fuit primo excusantis quod tantorum rerum spe atq; opinione omnium copius uenisse. Id sua impense erga eos uoluntatis maximum debere indicium esse quod nec paratus satis ulla re & tempore ad nauigandum immaturo uocantibus legatis eorum haud grauate obsecutus esset & credidisse q; cum se iudicassent ætholi omnia uel in se uno posita præsidia existimaturos esse. Cæterum eorum quoq; se quorum expectatio destituta in præsentia ui

deatur spem abunde expleturum . Nam simul primum anni tempus nauigabile præbuisset mare omnem se græciam armis uiris equisq; omnem oram maritimam classibus compleuit . nec impen se nec labori nec periculo parsuit donec depulso ceruicibus eor imperio romano liberam uere græciā atq; in ea principes ætholos fecisset . Cum exercitibus cōmeatus quoq; omnis generis ex asia uenturos In præsentia curæ esse ætholis debere ut copia frumenti suis & annona tolerabilis rei alias suppedi teret . In hanc sententiam rex cum magno omnium assensu loco dimissit . Post discessum regis inter duos principes ætholos phaneam & thoantem contentio fuit . Phaneas reconciliatore pacis & discep tatore de iis quæ in controuersia cum populo romano essent utendum potius arbitrabatur quā duce belli aduersum eius & maiestatem ad uerecundiam inferendam romanis uim maiorem habitu ram q̄ arma . Multa hominis ne bellarent uoluntate remittere quæ bello & armis cogi non possint . Thoas negare paci studere phaneam sed discutere apparatum belli uelle ut tedio & impensis relanguescat regis & romani tempus ad comparandum habeant . Nihil enim equi ab romanis impetrari posse tolenus legationibus missis romam tolenus cum ipso quidem disceptando satis experiri esse nec nisi ab fessa omni spe auxilium antiochi imploraturos fuisse . Quo celerius spe omnium oblato non esse dan guescendum sed orandum potius regem ut quoniam quod maximum fuerat ipse undecunque græciæ uenerit copias queq; terrestris nauales q; accersat . Armatum regem aliquid imperaturum inermi non pro ætholis modo sed ne pro se quidem ipso momenti ullius futurum apud romanos . Hæc uicit sententia imperatoremq; regem appellandum censuerunt . & xxx. principes cum quibus si qua uellet consultare delegerunt . Ita dimisso concilio multitudo omnis in suas cuitates dilapsa est . Rex po stero die cum apodetis eos unde bellum oriretur consulebat . Optimum uisum est calcidem fru stra ab ætholis nuper tentatam primum aggredi & celeritate magis in eam rem q̄ magno conatu & apparatu opus esse . Itaq; cum mille peditibus rex qui demetriade secum erant profectus p phoci dem est . Et alio itinere principes ætholis unus paucis euocatis ad cheroniam occurrerunt decem constratis nauibus secum sunt . Rex ad selganeam castris positis nauibus ipse cum prin cipibus ætholos euripum traiecit . Et cum haud procul portu egressus esset magistratus eq; calci densium & principes ante portam processerunt . Pauci utrinq; ad colloquium congressi sunt . Et toli magnope suadere ut salua romanos amicitia regem quoq; assumerent socium atq; amici Neq; enim eum inferendi belli sed liberandæ græciæ causa in europam traiecisse . Liberandæ re nō uerbis & simulatione quod fecissent romani . Nihil autem utilius græciæ ciuitatibus esse q̄ utrāq; complecti amicitiam . Ita enim ab utrisq; iniuria utram alterius semper præsidio & fiducia fore Nam si non recepissent regem uiderent quid patiendum iis ex templo foret cum romanos, pau auxilium hostis antiochus ciuresistere suis uiribus non possent ante portas essā . Ad hæc mitilo unus ex principibus mirari se dixit ad quos liberandos antiochus relicto regno suo in europam tra iecisse . Nullam enim ciuitatem se in græcia nosse quæ aut præsidium habeat aut stipendium romanis pendat . quæ fœdere iniquo alligata quas nolit leges patiatur . Itaq; calcidenses neque uindice ullo libertatis egere cum liberi sint neq; præsidio cum pacem eiusdem populi romani be neficio & libertatem habeant . Amicitiam regis non aspernari nec ipsos ætholos . Id primum eos pro amicis facturos si insula excedant atq; abeant . Nam ipsis certum esse non modo non re

capere membrus sed ne societatem quidem ullam paciscj nisi ex auctoritate romanorum. hæc renuntia
ta regi ad naues ubi reliquerat cum essent in præsentia. neq; enim ut uenerat copius ut uel agere
quicq; posset reuerti demetriadem placuit. Ibi quoniam primum mane inceptum euasisse consul
tare cum ætolis rex quid deinde fieret placuit. acheos amynandrum regem athamanum tenta
re boeotiorum gentem aduersam romanis. Iam inde ab rachilli morte æque securæ eam fuerant
censebant achæorum philopemenen principem emulatione gloriæ in bello laconum infestum unusq;
esse quintio credebant. Amynander uxorem apamiam filiam alexandri cuiusdam megalopoli
tani habebat qui se oriundum a magno alexandro ferens filius duobus philippum atq; alexandrum
& filiæ apamam nomina imposuit. Quam regis inductam nuptiis maior fratribus philippus secu
tus in athamaniam fuerat. hunc forte ingenio uanum ætoli & antiochus impulerant in spem
macedoniæ regni quod si uere regum stirpis esset si amynandrum athamanesq; antiocho conun
xisse. & ea uanitas promissorum non apud philippum modo sed etiam apud amynandrum ualuit
in achaia. Legatis antiochi ætolorumq; coram. L. quintio egendarum est concilium. Antiochi lega
tus prior q; ætoli est auditus. Is ut plerique quos opes regiæ alunt uaniloquiis maria terrasq; mira
rum uerborum compleuit. Equitum innumerabilem uim traci hellesponto in europam parem
loricatos quos cathaphractos uocant parem sagittis ex æquo uenisse & a quo nihil satis tecti sit auer
sos refugiente equo certius figentes. His equestribus copiis q; quam uel totius europæ exercitus in unum
coacti obrui possent adiciebat multiplices copias pedestrium & nominibus quoq; gentium uix fando
audituis terrebat. Dahasmados thymacosq; & caduisios appellans. Naualium u copiarum quas nulli
portus capere in grecia possent dextrum cornu sydonios & tyrios sinistrum aradios & ex pam
philia ideras tenere quas gentes nullæ unq; nec arte nec uirtute nauali æquassent. Iam pecuniæ
iam alios belli apparatus referre supervacaneum esse. scire ipsos abundasse semper auro regna
asiæ. Itaq; non cum philippo nec hannibale rem futuram romanis principe altero macedoniæ
tantum regni finibus incluso. Sed cum magno asiæ totius partisq; europæ. cum tamen quamq;
ab ultimis orientis terminis ad liberandam græciam uenirent nihil postulare ab achæis in quo
fides eorum aduersus romanos priores socios atq; amicos laedatur. Non enim ut secum aduersus
eos arma capiant sed neutri parti sese comungant petere. Pacem utriq; parti quod medios deceat
amicos optent bello se non interponant. Idem ferme & ætolorum legatus archidamus petit ut
quæ facilima & iustissima essent quietem præstarent. spectatoresq; belli fortunam alienam euen
tum sine ullo discrimine rem suam operirentur. Prouectus deinde est intemperantia linguæ
in maledicta. nunc communiter romanorum nunc propriæ ipsius quintii ingratos appellans & ex
probrans non uictoriam modo de philippo uirtute ætolorum partam sed etiam salutem. Ipsumq;
& exercitum sua opera seruatos. Quo enim illum unq; imperatoris functum officio esse auspican
tem immolantemq; & uota nuncupantem sacrificuli uatis modo in acie uidisse cum ipse cor
pus suum pro eo telis hostium obiceret. Ad ea quintius coram quibus magis q; apud quos uerba
facerat dicere archidamum rationem habuisse. acheos enim probe scire ætolorum omnem fero
ciam in uerbis non in factis esse & in conciliis magis conuentibusq; q; in acie apparere. Itaq; par
ui acheorum existimationem quibus notos esse se scirent fecisse. Legatis regis & per eos absenti regi cū

se iactasse quod siquis antea ignorasse quæ res antiochum ætolos coniunxisse ex legatorum sermone potuisse apparere mentiendo inuicem iactandoq; uires quas non habent inflasse uana spe atq; inflatos esse dum ab se philippum uictum sua uirtute protectos romanos & quæ modo audiebatis narrat uos cæterasq; ciuitates & gentes suam sectam esse secuturos. Rex contra pedum equitumq; nubes iactat & consternit maria classibus suis. Est autem res similis macenæ calchidensis hospitis mei hominis & boni & sciti conuiuatoris. apud quem solstitiali tempore comiter acceptus cum miraremur unde illi eo tempore anni tam uaria & multa uenatu homo non q̃ ista sunt gloriosus rideni condimenti aut uarietatem illam & speciem ferinæ carnis ex mansueto sue factam. hoc dicta apte in copias regis quæ paulo ante iactate sunt posse. Varia enim genera armorum & multa nomina gentium mandatarum. Dacas & caduscios & clipeos uiros omnis esse haud paulo mancipiorum melius propter seruilia ingenia q̃ militum genus. & utinam subiicere oculis uestris achæi possem concursationem regis magni. Ab demetriade nunc lamiam in concilium ætolorum nunc calchidem uidentes. Vix duarum male plenarum leguncularum instar in castris regis uiderunt regem nũc mendicantem prope frumentum ab ætolis quod milii admensuum. Nunc mutuas pecunias fenore stipendium querentem. nunc ad portas calchidis stantem. & mox inde exclusum nihil aliud q̃ aulide aut euripo spectans in ætoliam redeuntem. Male crediderunt & antiochus ætolis & ætoli regiæ uanitati quo minus decipi debeus. Sed experte tonens spectateq; romanorum fidei credere. Nam quod optimum esse dicant non interponendi uos bello nihil immo tam alienum rebus uestris est. Quippe sine gratia sine dignitate premium uictoris erunt

Nec absurde aduersus utroq; respondisse usus est & facile erat oratione apud sanentis æquis auribus accipi. Nulla enim disceptatio fuit quin omnes gentes fidos & amicos quos P.R. censuisset iudicarent. bellumq; & antiocho & ætolis nuntiari uiderent. Auxilia etiam quo cen sum quintus quingentorum militum calchidem quingentorum pureum extemplo miserunt. Erat enim haud procul seditione athenis res trahentibus ad antiochum quibusdam spe largitionũ uenalem præuio multitudinem. Donec ab iis qui romanæ partis erant quintus est accusus. & accusante leone quodam apollodorus auctor defectionis damnatus atq; in exilium est eiectus.

Et ab acheis quidem cum tristi responso legatio ad regem redit. Boeotam nihil certi responderunt cum antiochus in boeotiam uenisset. Tum quid sibi faciundum esset se deliberaturos esse.

Antiochus cum ad calchidis præsidium & acheos & eumenem regem isse audisset maturandum ratus ut & præuenirent siu & uenirent si possent excipererent menippum cum tribus fermis militibus & cum omni classe polyxenidan mittit. Ipse paucos post dies sex milia suorum militum & ex ea copia quæ lamiæ repente colligi potuit non ita multos ætolos ducit. Achei quingentis ab eumene rege modicum auxilium missum duce xenocride calchidensi. Nondum obsessis uiribus uirtute transgressi euripum calchidem peruenerunt. Romani milites d. ferme & ipsi cum iam menippus castra ante saginea ad hermicum qua transitus ex boetia in euboeam insulam est habere uenerunt. Multo erat cum iis legatus ad calchidem ad quinctium ad ipsum præsidium petendum missus. Qui postq̃ obsessas ab hostibus fauces audit omisso ad aulidem uenire bellum conuertit ut inde in euboeam transmissurus. Templum est apollinis delium imminẽs

mari quinq; milia passuum ab tanacra abest minus. uu. inde milium in proximo est euboea ma
ri traiectus ubi & in fano lucoq; ea regione & eo uere sancta quoq; sunt templa asýla græci appellãt
& nondum aut indicto bello aut ita cõmisso ut strictos gladios aut sanguinem usq; factum au
dissent. Cum p magnum otium milites alii ad spectaculum templi luciq; uerni alii in lutore
inermes uagarentur magna pars per agros lignatum pabulatumq; dilapsa essã repente mem
ppus palatos passim aggressus eos cecidit. Ad quinquaginta unos cepit perpauci effugerunt
in quibus michitio parua oneraria nane excepti. Ea res quintio romanisq; sicut iactura mi
litum molesta ita ad uis inferendi antiocho belli adiecisse se aliq̃um uidebatur. Antiochus
admoto ad aulidem exercitu cum rursus oratores parum ex sui parum etholos calchidem mi
sissent qui eadem illa quæ nuper cum minus grauioribus agerent nequicq; contra michitione
& xenochide tendentibus facile tenuit ut porte sibi aperirentur. Qui romanæ partis erant
sub aduentum regis urbe excesserunt. Achæoq; & eumenis milites seganea tenebant & in eu
ripo castellum romani milites pauca custodiæ causa locum cõmunebãt. Seganea memppus
rex ipse castellum euripi oppugnare est adortus. Priores achæi & eumenis militi pacti ut sine
fraude liceret abire præsidio excesserunt. Pertinaciis romani euripum tuebantur. in quoq;
iam cum terra mariq; obsiderentur & iam machinas tormentaq; comportari uiderent non
nulere obsidionem cum id quod caput erat euboeæ tenerã rex ne cæteræ quidem insulæ
eius urbis imperium abnuerent. Magnoq; principio sibi orsus bellum uidebatur quod tantæ in
sulæ tot opportunæ urbes in suam ditionem uenissent.

.T.LIVII PATAVINI HISTORIARV̄ AB VR. CO̅. LIBER. XXXVI. INCIP̄. FELICIT.

CORNELIVM SCIPIONEM ET M. ACILIVM GLABRIONEM INITO magistratu patres prius q̃ de prouinciis agerent res diuinas facere maioribus hostiis iusserunt. in omnibus fanis in quibus lectisternium maiorem partem anni fieri solet. precatiq; quod senatus de nouo bello in animo haberet ut ea res senatui populoq; romano bene atq; feliciter eueniret. Ea omnia sacrificia læta fuerunt primisq; hostiis perlatum est & ita aruspices responderunt eo bello terminos P.R. propagari. uictoriam ac triumphum ostendi. Hæc cum renuntiata essent solutis religione ãis patres rogationem ad populum ferri iusserunt uellent uiderent ne cum antiocho rege quique eius sectam secuti essent bellum iniri. Si ea perlata rogatio esset tum si ita uiderentur consulibus rem integram ad senatum referrent. P. cornelius eam rogationem pulit. Tum senatus decreuit consules italiam & græciam prouincias sortirentur. cui græcia euenisset ut præter eum numerum militum quem. L. quintius consul in eam prouinciam ex auctoritate senatus scripsisset impera ue ut eum exercitum acciperet & quem. M. bebius pr. anno priore ex. s. c. in macedoniam traiecisset & extra italiam pmissum ut si res postulasset auxilia ab sociis ne supra quinq; milium numerum acciperet. L. quintium superioris anni consulem legari ad id bellum placuit. Alter consul cui italia prouincia euenisset cum bonis auspiciis bellum gereret utro exercitum mallet ex duo bus quos superiores consules habuissent. Alterum ut mitteret romam eaq; urbanæ legiones essent

parare quo senatus censuisset. Ista ita in senatu ad id quae cuius prouincia foret decreuit tum demum sorti consules placuit. Acilio graecia cornelio italia euenit. Certa deinde sorte. s.c. factum est quo tempore duellum uisissent esse cum rege antiocho quique sub imperio eius essent ut eius rei causa supplicationem imperent. Consules uterque. M. acilius consul ludos magnos iouis uouere et dona ad omnia pulumaria. Id uotum in haec uerba praeeunte. P. licinio pontifice maximo consul nuncupauit. Si duellum quod cum rege antiocho fuisset. P.R. uisus id ex sententia senatus. P. q. R. confectum erit tum tibi iupiter. P.R. ludos magnos dies. x. continuos facia donaque ad omnia pulumaria dabimus. de pecunia quam senatus decreuerit. Quisquis magistratus eos ludos quando ubique faxit. ii ludi recte facti donaque data recte sunto
Supplicatio inde a duobus consulibus edicta per biduum fuit. Consulibus sortitis prouincias extemplo et praetores sortiti sunt. M. iunio bruto urbis dictio utraque euenit. A. cornelio mammulae bruttii. M. aemilio lepido sicilia. L. oppio salinatori sardinia. C. iunio salinatori classis. L. aemilio paulo hispania ulterior.
His ita exercitus decreti. A. cornelio nouum militem conscripti priore anno ex. s.c. a. L. quinctio consule dati sunt utrisque uti omnem oram circa tarentum brundusiumque. L. aemilio paulo in ulteriorem hispaniam praeter eum exercitum quem a. M. fuluio pconsule acceperat esse decretum ut nouos militum tria milia duceret et trecentos equites. Ita ut in utrisque partes socium latinum nominis tertia cuiusque. R. esset. Idem supplementi ad. c. flaminium cui imperium prorogabatur in hispaniam ulteriorem est missum. M. aemilius lepidus ab. L. ualerio cui successurus esset simul prouinciam exercitumque accipere iussus. L. ualerium si ita uidereur propr. in prouincia remanere et prouinciam ita diuidere ut una ab agrigento ad pachynum esset altera a pachyno tyndareum. Cum maritimam oram. L. ualerius. xx. nauibus longis custodiret. Eidem praetori mandatum ut duas decumas frumenti exigeret. Id ad mare comportandum deuehendumque in graeciam curaret. Idem. L. oppio de alteris decumis exigendis in sardinia imperatum. Ceteros non in graeciam sed romam id frumentum portari placere. C. iunius pr. cui classis euenerat a. xxx. nauibus paratus traicere in graeciam primo quoque tempore iussus et abatis nauis accipere. ueteres nauis quae in naualibus erant ut reficeret et armaret. M. iunio pr. negotium datum est. In eam classem socios nauales libertinos legere. Legati terni in africam ad carthaginenses in numidiam ad frumentum rogandum quod in graeciam portaretur missi. pro quo pretium solueret. P.R. Adeoque in apparatum curamque eius belli ciuitas intenta fuit ut. P. cornelius consul edixerit qui senatores essent quibusque in senatu sententiam dicere liceret quique minores magistratus essent ne quis eorum longius aburbe roma abesset quam inde eo die redire posset. neue uno tempore quinque senatores aburbe roma abessent. In comparando impigre classem. C. iunium pr. contentio orta cum colonis maritimis paulisper tenuit. Nam cum cogerentur in classem ter. pl. appellarunt. Abiis ad senatum reiecti sunt. Senatus ita ut ad unum omnes consentirent decreuit. uacationem rei naualis eis colonis non esse. Ocia et fregena et castrum nouum et pyrgi et antium et tharracina et minturnae et sinuessae fuerunt quae cum. P.R. de uacatione certauerunt. Consul deinde. M. acilius ex. s.c. ad collegium fecialium retulit. Ipsi ne utique regi antiocho indicerentur bellum an satis esset ad praesidium eius aliquod nuntiare et num aetholis quoque separatim indici uberet bellum. et num priusquam societas et amicitia eis renuntiata esset quoque bellum indicendum. Feciales responderunt iam ante sese cum de philippo consulerentur haec respondisse nihil interesse ipsi coram an praesidio nuntiarentur. Amicitiam renuntia

tam uidere cum legatis rodiensi repetentibus res nec reddi nec satisfieri equum censuissent. Aetholos ultro sibi bellum indixisse cum demetriadem socioꝝ urbem per uim occupassent calchidem terra mariq; oppugnatum issent. regem antiochum in europam ad bellum P.R. inferendum traduxisse rent. Omnibus iam satis comparatis. M. aemilius consul eduxit ut quos. L. quintius milites scripsisset & quos socius nominiq; latino imperasset quos secum in prouinciam ire oporteret & tri. mil. legionis primæ & tertiæ uti omnes brundusium ibi bus maris conuenissent. Ipse ad .v. non. maias paludatus urbe egressus est. Per eosdem dies & prætores in prouincias profecti sunt. Sub idem tempus legati ab duobus regibus philippo & ptholomeo egypti rege romam uenerunt pollicentes ad bellum auxilia & pecuniam & frumentum. Ab ptholomeo etiam mille pondo auri .xxx. pondo argenti allata. Nihil eius acceptum. gratiæ regibus actæ & cum utrq; secum omnibus copiis in ætoliam uenturum belloq; interfuturum pollicerentur ptholomeo id remissum. philippi legatis responsum gratum eum senatum P.q.R. facturum si M. aemilio consuli non defuisset. Item ab carthaginiensibus & masinissa rege legati uenerunt. Carthaginenses tritici modium mille ordei qngenta milia ad exercitum. dimidium eius romam apportaturos pollicitu. Id ut abse munus romam acciperent petere. Se & classem suoꝝ sumptu comparaturos & stipendium quod pluribus pensionibus in multos annos deberent præsens omne daturos. Masinissæ legati quingenta milia modium tritici trecenta hordei ad exercitum in græciam. Romam .ccc. modium tritici .ccl. ordei equites quingentos elephantos .xx. Regem ad M. aemilium cons. missurum. De frumẽto utriusq; responsum ita uti eo P.R. si præsidium acciperent. De classe carthaginiensibus remissum præter q̃ siquid nauium exædere deberent. De pecunia item responsum nullam ante diem accepturos. Cum hæc romæ agebantur calchide antiochus ne cessaret phibernoꝝ tempus ipse solicitabat cuncta animos mutandi legati partim ultro ad eum uenebant sicut epirotæ cõmuni gentis consensu & pelei & peloponnensis uenerunt. Pelei auxilium aduersus achæos petebant quos post bellum non ex sua sententia indictum antiocho primum cuncta sua arma illaturos. Mille ii pedites cum duce cretensi euphane sunt missi. Epirotaꝝ legatio erat minime in partem ullam liberi aut simplicis animi. Apud regem granam intram uolebant cum eo ut cauerent ne quid offenderent romanos. Petebant enim ne se temere in casam deduceret expositos aduersus italiam p omni græcia & primos impetus romanoꝝ excepturos. Sed si ipse posset terrestribus nauali busq; copiis præsidere epiro cupide eum omnibus epiratis & urbibus & portibus suis acceputuros. Si id non posset deprecari ne se nudos atq; inermes romano bello obiceret. Hac legatione apparebat ut siue quod magis credebant abstinuisse epiro integra sibi omnia apud exercitus romanos essent. Conciliata satis apud regem grana quod accepturi fuissent uenientem si uenisset. Sic quoq; spes uenæ ab romanis foret quod non expectato longinquo ab se auxilio præsentis uiribus succubuissent. huic tam perplexæ legationi qua non satis in promptu erat quid responderet legatos se missuꝝ ad eos dixit qui de iis quæ ad illos seq; cõmuniter pertinerent loquerentur. In boeotiam ipse profectus est. causas inspiciendi re aduersus romanos eas quas ante dixi habentem. Bracchili necem & bellum a quintio coeptam propter romanoꝝ militum cædes illatum. Re uera p multa iam sæcula publice priua

umq; labante egregia quondam disciplina gentis & multor eo stetit qui diuturnius esse sine mu
tatione rer non posse obuiam effusis undiq; boenæ principibus thebas uenit. Ibi in concilio gentis
q̃quam & ad bellum impetu in præsidium romanum facto & ad calchidem commiserat. Nec á
parus nec dubius principis bellum tamen eadem oratione excorsus q̃ colloquio primo ad calchi
dem quaq; ad legatos in concilio achaeor usus erat ut amicitiam secum institui non bellum indici
romanis postularet. Nemmem quid ageretur fallebat. decretum tamen sublem uerbor præ
textu pro rege aduersus romanos factum est. Hac quoq; gente adiuncta calchidem regressus præ
missis inde literis ut demetriadem conuenirent principes ætholor cum quibus de summa rer
deliberaret. Nambus eó ad diem indictum concilio uenit. & amynander acarnus ad consultandũ
ex athamania & hannibal pœnus iamdiu non adhibitus interfuit ei consilio. Consultatum de
thessalor gente est quor omnibus qui aderant uoluntas tentanda uidebatur. In eo modo diuer
sæ sententiæ erant quod alii extemplo agendum alii ex hieme quæ tum ferme media erat diffe
rendum in ueris principium & alii legatos tantũmodo mittendos alii cum omnibus copiis eundum
censebant terrendosq; metu sic ut cunctarentur. Cum circa hanc fere consultationem disceptato
omnis uerteretur hannibal nominatim interrogatus sententiam in uniuersi belli cogitationem
regem atq; eos qui aderant tali oratione auertit. Si ex quo traiecimus in graeciam adhibitus essem in
consilium cum de euboea deq; achaeis & de boenia agebatur eandem sententiam dixissem quam ho
die cum de thessalis agitur. Dicam ante omnia philippum & macedonas belli in societatem quacũq;
ratione arcesso deducendos esse. Nam quod ad euboeam boeotosq; & thessalos attinet cui dubium
est quin cum utriusq; nullæ siue uires sint præsentibus adulando semper quem metum in consi
lio habeant eodem ad impetrandam ueniam utantur. Simul ac romanum exercitum in grae
cia uiderint ad consuetum imperium se auertent nec ullis noxiæ futurum sit quod cum romani
procul abessent uim tuam præsentis exercitusq; tui experiri noluerunt. Quanto igitur prius
potuisq; est philippum nobis coniungere q̃ hos. cui si semel in causam descenderit nihil integri
futurum sit. quicq; eas uires afferat quæ non accessio tantum ad romanum bellum esse sed per se
ipse nuper sustinere potuerint romanos. Hoc ergo adiuncto absit uerbo inuidia quid dubi
tare de euentu possim. cum quibus aduersus philippum ualuerint romani iis nunc fore uideam
ut ipsi oppugnentur. Ætholi qui philippum quod inter omnis constat uicerunt cum philippo
aduersus romanos pugnabunt. Amynander atq; athamanum gens quor secundum ætholos
plurima fuit opera in eo bello nobiscum stabunt. Philippus tum te quieto totam molem su
stinebat belli nunc duo maximi reges asiæ europæq; uiribus aduersus unum populum. ut eam
utranq; fortunam taceam patrium certe ætate neminem quidem epirotarum regi parem. Quicqd
tandem erit nobiscum comparatum regetis bellum. Quæ igitur res mihi fiduciam præbet conun
gi nobis philippum posse. una communis utilitas quæ societatis maximum uinculum est. altera
auctores uos ætholi. Vester enim legatus hic thoas inter cætera quæ ad excitandum in græciam
antiochum dicere est solitus ante omnia hæc semper affirmauit fremere philippum & egre
pati sub specie pacis leges seruitutis sibi impositas. Illæ quidem ut fere bestiæ uinctæ aut
clausæ & refringere claustra cupientis regis iram uerbis æquabat. cuius si talis animus est sol

uamus nos eius uincula & claustra refringamus ut erumpere diu cohercita ira in hostis cõmunes pos
sit. Quod si nihil eum legatio nostra mouerit ac nos quoniam nobis eum adiungere non possumus ne
hostibus nostris ille adiungi possit caueamus. Seleucus filius uius lisimachiæ est qui si eo exercitu quẽ
secum habet p thraciam proxima macedoniæ ceperit depopulari facile ab auxilio ferendo romanis
philippum ad sua potissimum uenda auertet. De philippo meam sententiam habes. de ratione
uniuersi belli quid sentirem iam ab initio non ignorasti. Quod si uim audiuis forem non in euboea
calchidem capram & castellum eurripi expugnatum à romanis. Sed etruriam liguriumq; & galliæ
cisalpiniæ oram bello ardere & qui maximus iis terror est hannibalem in italiam esse audirent. Nũc
quoq; accersas censeo omnis nauales terrestresq; copias sequantur classem onerariæ cum commeatibus
nam hic sicut ad belli munera pauci sumus sic nimis multi pro inopia cõmeatuum cum omnis mas
contraxeris uires. Diuisa partim classe partem corcyre in statione habebis ne transitus liber ac tutus
pateat. Partem ad limus italiæ quod sardiniam africamq; spectat tracies ipse cum omnibus ter
restribus copiis in bilinum agrum procedes. Inde græciæ præsidebis & spectem romanis traiecturum
te præbens & si res poposcerit traiecturus. hæc suadeo qui ut non omnis periissimus sim belli cum ro
manis certe bellare bonis malisq; meis didici. In quæ consilium dedi in eadem nec infidelem nec segnẽ
operam polliceor. Dii approbent eam sententiam quæ ubi optima uisa fuerit. hæc ferme hannibalis
oratio fuit quam laudarunt magis in præsentia qui aderant q̃ rebus ipsis exercitu sunt. Nihil enim eorũ
factum est nisi quod ad classem copiasq; arcessendas ex alia polixendam misit. Legatu larissam ad con
cilium thessalorũ sunt missi & aetoli amynandroq; dies ad conuenendum exercitui pheras est dictus.
Eodem & rex cum suis copiis confestim uenit. ubi dum operiuntur amynandrum atq; aetolos philippum
megalopolitanum cum duobus milibus hominum ad legenda ossa macedonum circa cinoscephalas ubi
debellatum erat cum philippo misit siue ab ipso quærente sibi cõmendationẽ ad macedonum gentem
& municipia regi quod insepultos militis reliquissa & monitus siue ab insita regibus uanitate ad consi
lium spem amplum re manet animo adiecto. Tumulus est in unum ossibus quæ passim strata erant
coacernatis factus. qui nullam gratiam ad macedones odium ingens ad philippum mouit. Itaq; qui ad
id tempus fortunam essa in consilio habituris. Is ex templo ad .M. bebium propr. misit amnochum
in thessaliam impetum fecisse. si uidereur ei mouere ex hibernis. se obuiam processurum ut quid a
gendum esset consultarent. Amnocho ad pheras iam castra habenti ubi conuinxerant ei se etoli & amy
nander legati ab larissa uenerunt querentes quod ob factum dictumue thessalorũ bello lacesseret eos
simul orantes ut remoto exercitu per legatos si quid ei uidereur secum disceptaret. Eodem tempore
quingentos armatos duce hippologo pheras in præsidium miserunt. Ii exclusi audituum iam omnia
munera obsidentibus regius sconsam receperunt. Legatis lariseorũ rex clementer respondit. non
belli faciendi sed mendæ & stabiliendæ libertatis thessalorũ causa thessaliam intrasse. Similia ii qui
cum ferent agere & missus cui nullo dato responso pheren ipsi legatum ad regem principem ciuitatis
pausaniam miserunt. Qui cum haud dissimilia iis ut in causa pari quæ pro calchidensibus in colloquio
ad euripi frenum dicta erant quædam etiam ferociis egissa. Rex etiam atq; etiam deliberare eos iis
sos ne id consilii caperent cuius dum infimarum nimis cauti & prouidi essent exemplo penitet
dimisit. Hæc renuntiata pheras legato cum esset ne paulum quidem dubitarunt quin pro fide

erga romanos quicquid sors belli tulisset paterentur. Itaq; a prima summa ope parabant se ad urbem defendendam. Rex omni parte simul oppugnare mœnia est aggressus. Ut qui sanus intelligeret neq; enim dubium erat in euentum cuius urbis positum esse quam primam aggressus esset aut sperni deinde ab uniuersa gente thessalorum aut timeri se. omnem undiq; terrorem obsessis incutit. Primum impetum oppugnationis sane constanter sustinuerunt. Deinde cum multa propugnantes caderent aut uulnerarentur labare animi cepere. Reuocati deinde castigatione principum ad perseuerandum in proposito relicto exteriore circulo muri deficientibus iam copiis in interiorem partem urbis concesserunt. cui breuior orbis munitionis circumiectus erat. Postremo inde malis cum timerent ne ui capta nulla apud uictorem uenia esset dediderunt se se. Nihil inde moratus rex .iii. milia armatorum dum recens terror esset sociorum misit. nec ibi mora dedentium est facta cernentibus phereorum recens exemplum. qeqd pertinaciter primo abnuerant malo domiti tandem fecissent. Cum ipsa urbe ippolochus lariseorumq; deditum est præsidium. Dimissi a rege inuolati omnes quod eam rem magni momenti futuram rex ad conciliandos larisseorum animos credebat. Intra decimum diem q̃ pheras uenerat ut perfectus erat nonem cum toto exercitu primo aduentu cepit. Inde cieta & metropolim & ut circumiecta castella recepit. omniaq; iam regionis eius præter a regem & cyrtonem in potestate erant. Tum aggredi larissam constitum ratus uel terrore ceterorum expugnatum uel beneficio præsidii dimissi uel exemplo tot ciuitatum dedentium sese non ultra in pertinacia mansuros. Elephantis agmen ante signa terroris causa uisis quadrato agmine ad urbem incessit. ut incerti fluctuarentur animis magnæ partis larisseorum inter metum præsentem hostium & uerecundiam absentem sociorum. Per eosdem dies amynander cum athamanum iuuentute occupat pellinæum & menippus cum tribus milibus peditum aetholorum a ducentis equitibus in phthiam profectus malleolam & cyrenthas ui cepit. depopulatus est agrum tripolitanum
1 isque raptum pactis larissam ad regem redeunt. Consultatum quidnam agendum de larissa esset superueniunt ibi in diuersum sententiæ tendebant. alius tum adhibendam & non differendum censentibus quin operibus ac machinis simul undiq; mœnia aggrederentur urbis. siue in plano aperte campestri undique adiri. Alius nunc uires urbis nequaq̃ pheris conferendæ memorantibus nunc hiemem & tempus anni nulli bellicæ rei minime obsidioni urbium aptum. Incerto regi inter spem metumq; legati a pharsalo qui ad dedendam urbem suam forte uenerant animos auxerunt. Mebius interim cum philippo in dassaretis congressus appium claudium ex cõmunium consilio ad præsidium larisse misit
Qui per macedoniam magnis muneribus in uigilum montium quod super commos est patuit. oppidum comi. xx. milia ab larissa abest in ipsis faucibus quæ tempe appellantur situm. Vbi castra latuis q̃ quod satis in usum erant ignes cum accendissent speciem quam quæsierat hosti fecit. Omnem ibi romanum exercitum cum rege philippo esse. Itaq; hiemem stare apud suos constatuis rex unum tantum moratus diem ab larissa recessit ad demetriadem. aetholi & athamanes in suos receperunt se fines
Appius a senatu cuius rei causa missus erat solutam cernebat obsidionem tamen larissam ad confirmandos in reliquum socios animos descendit. duplex q̃ lætitia erat quod a hostes excesserant finibus a intra mœnia præsidium romanum cernebant. Rex a calchide ad demetriadem profectus amore captus uirginis calchidensis deoptolemi filiæ cum patrem primo allegando dein coram ipse rogando sanguisse mutuum se grauiori fortunæ conditioni alligantem tandem impetrata re tanq̃ in media

pace nuptias celebrabat & belli tum hiemis oblitus quasi tum non simul duas res suscepisse & bellum
romanum & græciam liberandam omissa omnium rei cura in conuiuiis & unum sequentibus
uoluptatibus ac deinde ex fatigatione magis q̃ sanctate eam in somno traduxit. Eadem omnis
præfectos regios qui ubiq; ad boeotiam maxime præpositi hibernis erant cepit luxuria. In eadē
& milites effusi sunt. nec quisq̃ eorū aut arma induxit aut stationem aut uigilias seruauit. aut
quicq̃ quod militaris operis aut muneris esse & fecit. Itaq; principio ueris cum per phocidem caroneā
quo conuenire omnem undiq; exercitum uiderat uenisse facile animaduerti nihilo seueriore
disciplina milites q̃ ducem hibernasse. Alexandrum inde acarnanam & menippum macedonē
magistratum ætholiæ copias ducere uisit ipse delphis sacrificio apollinis facto naupactum pcessit.
C oncilio principum ætholiæ habito uiam quæ præter calidonem & lisimachiam fert astratum sinus
qui p maliacum sinum uenientibus occurrit. Ibi mansilocus princeps acarnanum multis emptis
donis non ipse solum gentem regi conciliabat sed ciuium etiam prætorem penes quem tum sum
ma potestas erat in suam sententiam adduxerat. Is cum leucadios quod acarnaniæ caput est
non facile ad defectionem posse cerneret impelli propter metum romanæ classis quæ cum
attalo quæ circa phalaniam erant ante eos est egressus. Nam cum in concilio discussa ea uenda
mediterranea acarnaniæ esse & omnibus qui arma ferrent eundum ad mediona & turreū
ne ab antiocho aut ætholis occuparentur. Fuere qui dicerent nihil attinere. omnis tumultus
concitari satis esse qngentorū hominum præsidium. Eam uniuersitatem nactus trecentis medio
ne ducentis turri in præsidio positis id agebat ut pro obsidibus finium uenirent in potestatem
regis. Per eosdem dies legati regis medionem uenerunt quibus audits cum in comone qdnam
respondendum regi esse & consultaretur & alii manendum in romana societate alii non asper
nandam amicitiam regis censerent. Media uisa est ciuium sententia eoq; accepta ut ad regem
mitterent legatos peteretq; ab eo ut medios super tanta re consultare in concilio acarnanū
pateretur. In eam legationem mansilochus & qui eius factionis erant de industria conecti.
dam misis qui regem admonere copias uiderent ipsi terebant tempus. Itaq; uix dum digres
sis legatis antiochus in finibus mox ad portas erat & trepidantibus qui expertes proditionis fue
rant tumultuosq; uniuersitatem ad arma uocantibus ab exactio & mansiloche in urbem est
inductus & alius sua uoluntate affluentibus metu coacto etiam qui dissentiebant ad regem
conuenerunt. Quos placida oratione territos cum permulsisset ad spem uulgatæ clementiæ
aliquot populi acarnaniæ defecerunt. Tyrreum a medione profectus est mansiloche eodē
& legatis præmissis. Cæteri decreta medione fraus cautiores non timidiores tyrrensis fecit.
D ato enim haud perplexo responso nullam se nouam societatem nisi ex auctoritate impera
tor romanor accepturos portisq; clausis armatos in muris disposuerunt. Et poportune ad
confirmandos acarnanum animos. cn. octauius missus a quinto cum præsidium & pau
cas naues ab. A. postumo qui ab antio legato cephalarniæ præpositus fuerat accepisset le
caden uenit impleuitq; spei socios. M. acilium consulem iam cum legionibus mare traiecisse
& in thessalia castra romana esse. Hunc rumorem quia similem ueri tempus anni maturum iā
ad nauigandum faciebat. Rex præsidio medione imposito & in quibusdam aliis acarna

nię oppidus tyrreo abscessit & per ætholiæ ac phocidis urbes calchidem rediit. Sub idem tempus .M. bebius & philippus rex iam ante p hemem in dassaretis congressi cum appium claudium ut obsidio ne larissam eximeret in thessaliam misissent quia id tempus rebus gerendis immatum erat in hbe ria regressi principio ueris conuinctis copiis in thessaliam descenderunt. In acarnania tum anno chus erat. Aduenientes philippus malloeam perrhebiæ bebius phacium est aggressus. quo primo prope impetu capto phaustum eadem celeritate capit. Inde atracem cum se recepissæ cyretias hinc & eritucum occupat præsidiisq; per recepta oppida dispositis philippo rursus obsidenti mallo eam se conungit. Sub aduentu romam exercitus seu ad metum uirum seu ad spem uenię cum dedissent se se ad ea recipienda oppida quæ athamanes occupauerat uno agmine uerunt. Erant aũt hæc æginium. eraunum. gompsilana. tricca. moelibe. phaloria. Inde phelinneum ubi philippus me galopolitanus cum quingentis peditibus in præsidio erat circumsidunt & prius q̃ oppugnarent mit tunt ad philippum qui monerent ne uim ultimam experiri uellæ. Quibus ille satis ferociter re spondit uel romanis uel thessalis se credidurum fuisse in philippi potestatem se commissurum non esse
Postq̃ apparuit ui agendum. quia uidebatur & limneum eodem tempore oppugnari posse regem ad limneum ire placuit. Bebius restitit ad pelinneum oppugnandum. Per eos forte dies .M. acilius consul cum decẽmilibus peditum duobus milibus equitum .xv. elephantis mari traiecto pedestris copias larissam ducere tr. mil. uisus. Ipse cum equitatu limneum ad philippum uenit. Aduen tu consulis dedito sine cunctatione est facta traditumq; præsidium regium & cum is athamanes ab limnæo pellinæum consul proficiscitur. Ibi primi athamanes tradiderunt sese. Deinde & phi lippus megalopolitanus cui descendenti præsidio eum obuius forte fuisse philippus rex ad ludibri um regem eum consalutari uisus. Ipse congressus fratrem haud sane decoro maiestatis suæ loco appellauit. Deductus inde ad consulem custodiri uisus & haud ita multo post in uinculis romã missus. Cætera multitudo athamanum aut milium amphoch regis quæ in præsidiis dedit orum peos dies oppidor fuerat philippo tradita regi est. Fuere autem ad .iii. milia hominum. Consul larissam est profectus ibi de summa belli consulturus. In uinere ab ceria & metropoli legati ma denses urbes suas occurrerunt. Philippus athamanum præcipue captus indulgenter habitus ut p eos conciliaret gentem nactus spem athamaniæ potiendæ exercitum eo duxit præmissis in cuncta tes captiuis. & illi magnam auctoritatem apud populares habuerunt. Clementiam erga se regis munificentiamq; cõmorantes. Et amynander cuius præsentis maiestas aliquos in fide continuisset ueritus ne traderetur philippo iampridem hosti & romanis merito tunc propter defectionem in fensis cum coniuge ac liberis regno excessit ambraciamq; se contulit. Ira athamania omnis in uisi dictionemq; philippi concessit. Consul ad reficienda maxime iumenta quæ & naufragione & postea uineribus fatigata erant paucos larisæ moratus dies uelut reparato modica quiete exer citu cammonem est profectus. Veniens pharsalus sconsa & phere quæq; in eis præsidia annoch erant deducuntur. Ex iis interrogatis qui manere secum uellent mille nolentis philippo tradit ceteros inermes demetriadem remittit. Pernam inde recepit & quæ circa ea castella erant. du cere tum porro in sinum maliacum cæpit. Appropinquanti faucibus super quas sita thaumaci sunt deserta urbe iuuentus omnis armata siluas & iuga insedit & in agmen romanum ex

superioribus locis incursauit. Primo missi qui ex propinquo colloquentes deterrerent eos a tali furore
Postq̃ perseuerare in incepto uidit tribuno cum duobus signis militibus circũmisso intercluſit ad ur
bem iter armatis uacuamq; eam cepit. Tum clamore ab tergo captæ urbis audito refugientiũ
undiq; ex siluis insidiatorũ cedes facta est. Athamacis altero die consul ad spergeum amnem per
uenit. Inde hyparbeorũ agros uastauit. Cum hæc agebantur calchide erat antiochus tam tum
cernens nihil se ex græcia præter hiberna & infames nuptias peruse ætholorũ uana promissa incusare
& thoantem. hannibalem uero non ut prudentem tantum uirum sed prope uatem omnium que
tum euenirent admirari. Ne tamen temere cepta segnia insup euerteret nuntios in ætholiam mit
tit ut omni contracta iuuentute conuenirent. Iam ipse eo decẽmilia fere peditum ex iis qui po
stea uenerant ex asia expleta & equites quingentos duxit. Quo cum aliq̃to pauciores q̃ unq̃ ante
conuenissent & principes tantũmodo cum paucis clientibus essent atq; ii dicerent omnia sedulo ab
se facta ut q̃plurimos ex cuntantibus sui euocarent nec auctoritate nec gratia nec imperio aduersus
detractantes multum ualuisse. destituit undiq; & a suis qui morabantur in asia & ab socis qui eã
in quorũ spem uocauerant non prestabant intra saltum thermophilarũ sese recepit. Id iugum sicut
appennini dorsi italia duuidit ita mediam græciam diuidit. Ante saltum thermophilarũ in sep
tentrionem uersa epirus & perrhebia & magnesia & thessalia est & epiroræ & sinus maliacus intra
fauces ad meridiem uergunt. Etholiæ pars maior & acarnania & cum locride phocis & boetia ad
uniuersam insula euboea & excurrente in altum uelut promuntorio attica terra sita ab tergo &
peloponnesus. hoc iugum ab leucade & mari occidentem uersa p ætholiam ad alterum mare ori
entem obiectum tendens. Ea aspera rupes interiectas habet ut non modo exercitus sed ne expedi q
dem facile ullas ad transitum calles inueniant. extremos ad orientem montis etam uocant quorũ
quod altissimum est callidromon appellatur. In cuius ualle ad maliacum sinum uergentem iter
est non latius q̃ lx. passus. hæc una militaris via est qua traduci exercitus si non prohibeantur pos
sent. Ideo pylæ & ab aliis quia calidæ aquæ in ipsis faucibus sunt thermopilæ locis appellatur
nobilis lacedemoniorũ aduersus ptas morte magis memorabili q̃ pugna. Haud quaq̃ pari tum
animo antiochus intra portas loci cui castris positis munitionibus insuper saltum impediebat
& cum duplici ualło fossaq; & muro etiam qua res postulabat ex multa copia passim iacentium
lapidum præmunibat. Satis fidens nunq̃ eam uim romanum exercitum facturum. Ætholos ex
quattuor milibus hoc enim conuenerant partim ad heracleam præsidio obmunendam ante ip
sas fauces posita est partim hyparam misit & heracleam haud dubius consulem oppugnaturũ
etiam multis nuntiantibus circa hyparam omnia euastari. Consul depopulatus hyparensem agrũ
munit utrobiq; auxilio ætholiæ in ipsis faucibus prope fontes calidarũ aquarũ aduersus regem
posuit castra. Etholorũ utriq; manus heraclea se se incluserunt. Antiochum prius q̃ hostem
cernerẽt satis omnia præmunita & præsidiis obsepta uidebantur. Timor incessit ne qua per im
mensa iuga calles inuenirẽt ad transitum romanis. Nam & lacedemones quondam ita a persis
circumuisos fama erat & nup philippum ab iisdem romanis. Itaq; nuntium heracleam ad æthe
los mittit ut hanc salutem sibi operam eo bello præstarent uerticis circa omnium occuparent ob
siderentq; ne qua transire romani possent. hoc nuntio audito dissensio inter æthelos orta est.

Pars imperio parendum regis atq; eundum censebant. pars subsistendum heracleae ad utranq; fortuna
ut siue uictus a consule rex essa in expedito haberent integras copias ad opem propinquis feren
dam cuntantibus sui siue uincere ut dissipatos in fugam romanos persequerentur. Vtraq; pars
non mansit modo in sententia sua sed etiam executa est consilium. Duomilia heracleae substiterunt
duo tripharium diuisa. Callidromum & rhodomantam & tecumta haec nomina cacuminibus sunt
occupauere. Consul postq̄ insessa superiora loca ab aetholis uidit. M. porcium catonem & L. uale
rium flaccum consulares legatos cum binis milibus delectoq; peditum ad castella aetholoq; flaccum
in rhodomantam & tecumta catonem in callidromum misit. Ipse prius q̄ ad hostem copias admoueret
uocatos in contionem milites paucis est allocutus. Plerosq; omnium ordinum milites inter uos esse uideo qui
in hac eadem prouincia T. quintio ductu auspicioq; militauerint macedonico bello in excipiendis salutis
ad amnem aoum fuit q̄ hic quippe portae sunt haec & unus inter duo maria clausis omnibus uelut na
turalis transitus est. Munitoribus tunc fuerunt & ualidioribus imposita exercitus hostium. Ille & nu
mero maior & militum genere aliq̄to melior. Quippe illic macedones traceslq; & illyrica erant. ferocis
simae omnes gentes. Hinc siri & asiatica graeci sunt leuissima genera hominum & seruitum nata. Ex ille
bellicosissimus exercitus iam ille ab uniuersa finitimis thracum atq; illyriq; & circa omnium accolaq;
bellis. Hic ut aliam omnem uitam sileam est qui eum ad inferendum P. R. bellum ex asia in europā
transisse nihil memorabilius toto tempore hibernoq; gesserit q̄ quod amoris causa ex domo prima
ta & obscuri etiam inter populares generis uxorem duxit. Et nouus maritus uelut sagmatus inp
ualidus cessit ad pugnam processit. Summa uirtus spesq; eius in aetholis sita gente uanissima & in
grauissima ut nos prius experti estis nunc amnodius experiuntur. Nam nec tenere unt frequentes
nec continere in castris potuerunt & in seditione ipsi inter se sese sunt. Et cum hyparam uendam
heracleamq; depoposcissent neutra utram refugerunt. Inuiga montium parte incluserunt se se
Rex ipse confestim nusq̄ aequo campo non modo congredi se ad pugnam audere sed ne castra quidē
in aperto ponere. Relicta omnia ante se regione ea quam se nobis ac philippo ademisse gloria
batur condidit se intra rupes. Ne ante fauces quidem saltus ut quondam lacedemonios fama
est sed intra penitus retractis castris. Quod q̄tum interest ad timorem ostendendum an muris
urbis alicuius obsidendum se se inclusere? Sed neq; antiochum mebuntur angustiae nec aetho
los uerticem illi quos ceperunt. Satis undiq; prouisum anteq; praecautum est ne quid aduersus uos
in pugna praeter hostes esse. Illud proponere animo uestro debetis non uos pro graeciae libertate
dimicare tantum quanq̄ is quoq; egregius uitulus esset liberam a philippo ante nunc ab aetholis
& ab antiocho liberare. Neq; ea tantum in praemium uestrum cessura quae nunc regis castris sūt
sed illum quoq; omnem apparatum qui in diesi ab epheso expectatur praedae futurum. Asiam
deinde syriamq; & omnia usq; ad portus solis ditissima regna imperio romano aperitis. Quid dem
de aberit quin ab gadibus ad mare rubrum oceano finis terminemus qui orbem terrarum am
plexu finit? & omne humanum genus secundum deos nomen romanum ueneretur? In haec
tanta praemia dignos parate animos ut crastino die bene uiuendis diis acie decernamus. Ab
hac contione dimissi milites prius q̄ corpora curarent arma tela parant. Luce prima signo pu
gnae proposito instruit aciem consul arcta fronte ad naturam & angustias loci. Rex postquam

signa hostium conspexit & ipse copias eduxit. Eius armaturæ partem ante uallum in primo loca uit. Tunc macedonum robur quos sariphorus appellabant uelut firmamentum circa ipsas mu mones constituit. His ab sinistro cornu iaculatoq; sagittariisq; & funditoq; manum sub ipsis radici bus montis posuit ut ex altiore loco nuda latera hostium incesserent. Ab dextro macedonibus ad ipsum munimentoq; finem quem loca ad mare inuia paludibus limo & uoraginibus claudunt elephan tos cum assueto præsidio posuit. Post eos equites cum modico interuallo relicto ceteras copias in se cunda acie macedones pro uallo locat primo facile sustinebant romanos tentantes ab omni parte admodum multum admodum telis qui ex loco superiore fundis uelut nimbum glandis & sagittas simul ac iacula ingerebant. Deinde ut maior nec iam toleranda uis hostium inferebat se pulsi loco in tra munimenta subductis ordinibus concesserunt. Inde ex uallo prope alterum uallum hastis præ se abiectis fecerunt & ita modica altitudo ualli erat ut & locum supiorem ad pugnandum præbera & propter longitudinem hastas subiectum habera hostem. Multi temere subeuntes uallum trans fixi sunt & aut incepto irrito recessissent aut plures cecidissent m. M. porcus ab ingo gallidromi deiectis inde ætholis & magna ex parte cæsis incautos enim & plerosq; sopitos oppresserat super imminentem castris collem apparuisse. Flacco non eadem fortuna ad tichaniam & rhodunta nequicq; subire ad ea castella conato fuerat. Macedones quoq; alii in castris regis erant primo dum procul nihil aliud q; turba & agmen apparebat ætholos credere ussa procul pugna subsidio uenire. Cæterum ut primum signaq; & arma ex improuiso cognita errorem aperuerunt tantus repente pauor omnis cepit ut abiectis armis fugerent & munimenta sequentes impedierunt & angustiæ uallis per quam sequendi erant & maxime quod elephanti nouissimi agminis erant quos pedes egre preterire eques nullo poterat modo timentibus equis tumultumq; inter se maiorem q; in prælio dantibus aliq; tum temporis direptio castroq; fuit. Carpetam tamen eo die consecuti sunt hostem. milites in ipso uinere cæsis capitaq; non equis uirisq; tantum sed etiam elephantis quos capere non potuerant interfectis in castra reuerterunt. Quæ gentata eo die inter ipsum pugnæ tempus ab æthelis heracleam obtinentibus præsidio sine ullo aut parum audacis incepti effectus fuerat. Consul noctis insequentis tertia uigilia præmisso equitatu ad psequendum hostē signa legionum luce prima mouit. Aliq; tum uiæ præceperat rex ut qui non ante q; datæ a con fuso constituerit cursu. ubi primum reliquis pugnaeq; & fugæ collectis cum pexigua manu semi ermium militum calchidem se recepit. Romanus equitatus ipsum quidem regem elapsæ esse cursus non est. Magnam partem agminis aut lassitudine subsistentis aut errore ut qui sine du cibus per ignota itinera fugerent dissipatos oppresserunt. Nec præter quingentos qui circa re gem fuerunt ex isto exercitu quisq; effugit. Etiam ex decēmilibus militum quos polibio au ctore traiecisse secum regem in graeciam scripsimus exiguus numerus. Quod si annali ualerio credamus. Lx. milia militum fuisse in regio exercitu scribent. xl. inde milia cæcidisse supra quinq; milia capta cum signis militaribus. cc xxx. romanoq;. cl. interfecti sunt. Consuli per phocidem boeotiæ exercitum ducenti conscie defectionis ciuitates cum uelamentis ante portas stabant metu ne hostiliter diriperentur. Cæterum p omnes dies haud secus q; pacato agro sine uexatione ullius rei agmen processit donec in agrum coroneum uentum est. Ibi statiua re

gis antiochi posita in templo mineruæ iram accendit primisq; milit est ut circumiectum templo
agrum popularetur. Dein cogitato animum subit cum cõmuni decreto boeotq; posita esset statua
indignum esse in unum coronensem agrum seuire reuocato extemplo militi finis populandi factus
C ashgati tantum uerbis boeti ob ingratum in tantis tamq; recentibus beneficiis animum ergaro
manos. Inter ipsum pugnæ tempus .x. nauis regiæ cum præfecto isidoro ad thoronium in sinu ma
liaco stabant. Eo grauis uulneribus alexander acarnanum nuntius aduersæ pugnæ cum pfugis
sæ trepide inde recenti terrore nauis ceneum euboeæ peterunt. Ibi mortuus sepultusq; alexan
der uresq; ex asia profectæ eundem portum tenuerunt nauis audita exercitus clade ephesum
redierunt. Isidorus ab ceneo demetriadem si forte eo deferret fuga regem traiecit. Per eosdẽ
dies. A. atilius præfectus romanæ classis magnos regios cõmeatus iam freum quod ad angrum
insulam est preteruectos excepit alias mersit alias cepit nauis. Quæ nouissimæ agminis erant
cursum in aliam uerterunt. Atilius pyreum unde profectus erat cum agmine captiuaq; nau
um reuectus magnam uim frumenti & atheniensibus & alius eiusdem regionis socius dimisit.
A ntiochus sub aduentum consulis a calchide profectus tenedum primo tenuit. Inde ephesum
transmisit. Consuli calchidem uenienti portæ patuerunt. cum appropinquaret eo tristoreles
præfectus regis urbe excessissa & cæteræ urbes in euboea sine certamine traditæ paucosq; per
dies omnibus perpacatis sine ullius noxa urbis exercitus thermopylas reductus multa modestia
post uictoriam q̃ ipsa uictoria laudabilior. Inde consul. M. catonem per quem quæ gesta essent
S.p.q.r. haud dubio auctore scaret romam misit. Ysacreusa thespiensium emporium est in imo
mo sinu corynthiaco retractum patras achaiæ petita patris corcyram usq; aetoliæ atq; acarna
niæ littora legit atq; ita ad hidruntem italiæ traiecit quinto die. Inde pedestri itinere romã
ingenti cursu peruenit. Ante lucem ingressus urbem a porta ad prætorem. M. iunium iter
intendit. Is prima luce in senatum uocauit. quo. L. cornelius scipio aliquot diebus ante a con
sule dimissus cum aduenienti audissæ pregressum catonem in senatum esse supuenit exponẽ
quæ gesta essent. Duo inde legati iussu senatus in contionem sunt producti atq; ibi eadem quæ
in senatu de rebus in ætholia gestis exposuerunt. Supplicatio in triduum decreta est & ut
xl. hostus maioribus prætor quibus dus ei uideretur sacrificaret. Per eosdem dies &. M. ful
uius nobilior qui biennio ante pr. in hispaniam profectus est ouans urbem est ingressus. Ar
genti bigati præferuntur centum xxxx. milia & extra numeratum xcc. pondo argenti aur
p. cxxvii. Aculus consul ab thermopylis heracleam ad ætholos præmisit ut tunc salutem expe
riam uanitatem respiscerent traduntq; heraclea cogitarent de petenda ab senatu seu furoris
sui seu erroris uenia. Et ceteras græciæ ciuitates defecisse eo bello ab optime meritis romanis
S ed quia post fugam regis cuius fiducia officio decessissẽt non addidissent punaciam culpæ
infidem receptas esse. Ætholos quoq; quamq̃ non secum sint regem sed accersierunt & du
ces belli non socii fuerunt si penitere possint posse & in colonias esse. Ad ea cum pacati nihil
responderetur apparereturq; armis rem gerendam & rege superato bellum æthol icum integrũ
restare castra ab thermopylis ad heracleam mouit. eoq; ipso die ut finium noscerentur bis ab
omni parte equo menia est circumuectus. Sita est heraclea in radicibus oethæ montis. ipsa

in campo arcem imminentem loco alto & undiq; precipiti habet. Contemplatus omnia quæ noscenda erant quattuor simul locis aggredi urbem constituit. A flumine asoro qua & gymnasium est. L. valerium operibus atq; oppugnationi præposuit. Frequentissimum prope q̃ in urbe habitabat T. sempronio longo oppugnandam dedit. & regionem mellea quoq; aditum haud facilem pars habebat. M. bebium ab altero annículo quem melena uocant. Aduersus dianæ templum appiũ claudium opposuit. hoc magno certamine intra paucos dies turres arietesq; & alius omnis apparatus opprimendæ urbium pficitur ut cum ager heracliensis palustER omnis frequensq; proceris arboribus benigne ad omne genus operis materiam suppeditabat. Tum quia refugerant intra mœnia ætholi desertaq; in uestibulo urbis erant tecta in uarios usus non tigna modo & tabulas sed lateres quoq; & cementa & saxa uariæ magnitudinis præbebant. Et romani quidem operibus magis q̃ armis urbem oppugnabant. ætholi contra armis se tuebantur. Nam cum arietem quatterent muri non laqueis ut solent excepti declinabant ictus sed arman frequentes quidam etiam ignes quos aggeribus immicerent ferebant. Fornices quoq; in muro erant apti ad excurrendum & ipsi cũ pro diruti reficerent muros crebriores eos ut pluribus erumperent in hostem locis faciebant. Hoc primis diebus dum integræ uires erant & frequentes impigre fecerunt. In dies deinde pauciores & segnius. Etenim cum multis urgerentur rebus nulla eos res æque ac uigiliæ conficiebant. Romanis in magna copia militum succedentibus alius in stationem alios. ætholos propter paucitatem eosdem dies noctesq; assiduo labore urente p quattuor & .xx. dies ita ut nullum tempus ita cuiusdimicationem esset. Aduersus quattuor é partibus simul oppugnantem hostem nocturnus diurno continuatus labor est. Cum fatigatos iam ætholos sciret consul & expectatione temporis & quod ita transfugæ affirmabant tale consilium init. Media nocte receptui signum dedit & ab oppugnatione simul omnes milites deductos usque ad tertiam diei horam quietos in castris tenuit. Inde cepta oppugnatio ad mediam rursus noctem pducta est. Intermissa deinde usq; ad tertiam diei horam. Fatigationem ratu esse causam æthoLi non continuandæ oppugnationis quæ & ipsos addefecerat ubi romanis datum receptui signum essæ uelut ipsi hoc reuocati pro se quisq; ex statione decedebant nec ante tertiam diei horam arman in muris apparebant. Consul cum nocte media intermississe oppugnationem quarta uigilia rursus ab tribus partibus summa ui aggressus una sempronium tenere intentos milites signumq; expectantes iussit. Ad eam in nocturno tumultu unde clamor exaudiretur haud dubie ratus hostis concursuros. æthoLi pars sopiti affecta labore ac uigilis corpora ex somno moliebantur pars uigilantes ad hunc strepitum pugnantium in tenebris currunt. Hostes partim p ruinas iacentis muri transcendere conantur partim scalis ascensis tentant. Aduersus quos undiq; ad opem ferendam occurrunt æthoLi. pars una qua progressi erant neq; defenditur neq; oppugnatur. Sed qui oppugnarent intenti signum expectabant. Defensor nemo aderat. Iam diluciscebat cum consul signum dedit & sine ullo certamine parvum scalis integros muros transcendere. Simul clamor inde ex capto oppido est exauditus. undique æthoLi deserti stationibus in arcem fugiunt. oppidum uictores permissu consulis diripiunt. Non tam ab ira nec ab odio q̃ ut miles coercitus in tot receptis hostium urbibus aliquo tandem loco fructum uictoriæ sentiret. Reuocatos inde á medio ferme die milites cum in duas

diuisisse parus unam radicibus montium circumducta ad rupem uisit quæ fastigio altitudinis pars media ualle uelut obruta ab arce erat. Sed adeo prope geminata cacumina eor montium sunt ut ex uertice altero conta tela in arcem possint. Cum dimidia parte militum consul ab urbe ascensurus in arcem signum ab iis qui ab tergo in rupem euasuri erant expectabat. Non milere qui in arce erant ætholi primum eor qui rupem ceperant clamorem. Deinde impetum ab urbe romanor ex tra etiam animis & nulla ibi præparata re ad obsidionem diutius tolerandam ut pote congregatis femmis uirisq; & imbelli alia turba in arcem quæ uix capere nedum ueri multitudinem tantã posset. Itaq ad primum impetum abiectis armis dediderunt sese. Traditus inter ceteros princeps ætholor damocritus est qui principio belli decretum ætholor quo accersendum antiochum censue rat. T. quinctio poscenti respondebat in italia dimicaturum cum castra ibi ætholi posuissent. Ob eam ferociam mentis uictoribus gaudium tradituum fuit. Eodem tempore quo romani heracleam philip pus lamiam ex compositio oppugnabant circa thermopilas cum consule redeunte ex boetia ut uictoria ipsi populoq romano gratularentur excusareturq quod morbo impeditus bello non interfuissent congressus. Inde diuersi ad duas simul oppugnandas urbes profecti. interfuit septẽmilia ferme passuum & qua lamia posita in tumulo est tum regionem maxime eo despectat oppido qua breue interuallum uidetur & omnia in conspectu sunt. Cum enixe uelut proposito certamine romani macedonesq; diem ac noctem aut in operibus aut in prælio essent. hoc maior difficultas macedoni bus erat quod romani aggere & uineis & omnibus supra terram operibus subter macedones cuniculis oppugnabant. Et in asperis locis silex sæpe in penetralibus ferro occurrebat & cum parum procedat inceptum p colloquia principum oppidanos tentabat rex ut urbem dederent. haud dubius quin si prius heraclea capta foret romanus se potius q; sibi dedituum essent suamq; gratiam consul in obsidio ne liberanda facturus esset. Nec cum opinio est frustrata. Confestim enim ab heraclea capta nuntius uenit ut oppugnatione abstinerent. Æquius esse romanos milites qui acie dimicassent cum ætho lis præmia uictoriæ haberent. Ita recessum ab lamia est & propinque clade urbis ipsi ne quid simile paterentur effugerunt. Paucis prius q; heraclea caperetur diebus ætholi concilio hypatam coacto legatos ad antiochum miserunt inter quos & thoas idem qui & antea missus est. Mandata erant ut ab rege peterent primum ut ipse coactis rursus terrestribus nauahibusq; copiis in græciam trai ceret. Deinde si qua ipsum tenera res ut pecuniam & auxilia mutuera. Id cum ad dignitatem eius fidemq; pertineret non prodi socios tum etiam ad incolumitatem regni ne sineret romanos uacuos omni cura cum ætholor gentem sustulissent omnibus copiis in asiam traicere. Vera erant quæ dicebantur eo magis regem monebant. Itaq; in præsentia pecuniam quæ ad usus belli necessaria erat legatus dedit. Auxilia terrestria nauahaq; affirmauit missurum. Thoantem unum ex legatis retinuit & ipsum haud mutuum moratem ut exactor præsens promissor adesset
C Cæterum heraclea capta fregit tandem animos ætholor & ad paucos post dies q; ad bellum renouã dum accendumq; regem in asiam miserant legatos abiecti belli consiliis pacis petendæ oratores ad consulem miserunt. Quos dicere exorsos consul interfatus cum alia sibi prouidenda esse di xisset redire hypatam eos datus dies decem indutus &. L. ualerio flacco cum ii misso uisit ea quem secum actum fuissent exponere & si qua uellet alia. Hypata ut est uetustum principes

ætholoꝝ apud flaccum concilium habuerunt consultantesq̃ quonam agendum modo apud consulem foret. Parantibus iis antiqua fidei ordiri meritaq; absistere flaccus iussit ut quæ ipsi uno lassent confessionem iis culpæ magis profuturam & totam in precesq; orationem uersam. Nec enim in causam ipsoꝝ sed in .p.r. clementiam spem salutis positam esse. & suppliciter agentibus iis profuturuꝝ & apud consulem & romæ in senatu. Eo quoq; enim mittendos fore legatos. Hæc una uia omnibus ad salutem uisa & ut se in fidem permitterent romanoꝝ. Ita enim & illi uiolandi supplices uere cunctam se imposituros & ipsos nihilominus suæ potestatis fore siquid melius fortuna ostendisset. Postq̃ ad consulem ueniũ est pheneas legationis princeps longam orationem & uariam ad mitigandã iram uictoris compositam ita ad extremum finiuit ut diceret ætholos se suaq; omnia fidei .p.r. permittere. Id consul ubi audiuit etiam atq; etiam uidere inquit ætholi ut ita pmittant. Tum decretum pheneas in id quod diserte scriptum erat ostendit. Quando ergo inquit ita pmittis postulo id mihi diceatchum cuiem uestrum & menetam epirotam. Nam pactum is cum præsidio ingressus ad defectionem compulerat & amynandrum cum principibus athamanum quoꝝ consilio ab nobis defecistis sine mora dedatis. Prope dicentem interfatus romanoꝝ non in seruitutem inquit sed in fidem tuam nos tradimus & certum habeo imprudentia labi qui nobis imperes quæ moris græcoꝝ non sint. Ad hæc consul non hercule inquit magnopere nunc curo quid ætholi fatis ex more græcoꝝ factum esse censeant dum ego more romano imperium id habeam in deditos modo decreto suo ante armis uictos. Itaq; ut propere fiat quod impero uincti uos iam iubeo afferriq; catenas & circumstare lictores iussit. Tum fracta pheneæ ferocia ætholisq; aliis est & tandem cuius conditionis essent senserunt. Et pheneas se quidem & qui adsint ætholoꝝ scire faciendã esse quæ imperentur dixit. Sed ad decernenda ea consilio ætholoꝝ opus esse. Ad id petere ut decem dieꝝ indutias daret. Petente flacco pro ætholis indutiæ datæ & hyparam reditum est. Vbi cum in consilio delectoꝝ quos apocletus uocant pheneas & quæ imperarentur & quæ ipsis prope accidissent exposuissent ingemuerunt quidem principes condonis sue. parendum tamen uictori censebant & ex omnibus oppidis conuocandos ætholos ad concilium. Postq̃ uero coacta omnis multitudo eadem illa audiuit adeo sæuum imperii atq; indignitate exasperati animi sunt ut si in pace fuissent illo impetu iræ concitari potuerint ad bellum. Ad iram accedebat & difficultas eoꝝ quæ imperarentur. Quo nam modo enim uniq; regem amynandrum se tradere posse. & spes forte oblata quod uicander eo ipso tempore ab rege antiocho ueniens impleuit expectatione uana multitudinem terra mariq; ingens parari bellum. Duodecimo is die q̃ conscenderat nauem in ætoliam pfecta legatione rediens phalara in sinu maliaco tenuit. Inde lamiam pecuniam cum deuexisset ipse cum expeditis prima uespera inter macedonum romanaq; castra medio agro dum ypatam noctis callibus petit in stationem incidit macedonum. deductusq; ad regem est nondum comuuio dimisso. Qd ubi nuntiatum est uelut hospitis non hostis aduentu motus philippus accumbere cum epulariq; iussit. Atq; inde dimissis aliis solum retentum ipsum quidem de se timere quicq̃ uetuit. Ætholoꝝ praua consilia atq; ipsoꝝ capiti semper recidentia accusauit. qui primum romanos deinde antiochum in greciam adduxissent. Sed præteritoꝝ quæ magis reprehendi q̃ corrigi possint obliti se non facturum ut insultet aduersis rebus eoꝝ. Ætholos quoq; finire tandem aduersus se odia

debere. & nicandrum priuatum eius diei quo seruatus á se foræ memminisse. Ita dans qui in tumū
eum prosequerentur ýpatam nicander consultrantibus de pace romana superuenit. M. aciluus
uendita aut concessa milui circa heracleam præda postq̄ nec ýpate pacata concilia esse & nau
pactum concurrisse ætholos un inde totum impetum belli sustinerent audunt præmisso appio
claudio cum quattuor milibus militum ad occupanda uiga qua difficiles transitus montium erāt
ipse octam descendit herculiq; sacrificium fecit. In eo loco quem pýram quod ibi mortale cor
pus eiusdem sit crematum appellant. Inde toto exercitu profectus reliquum iter sanus expedito
agmine fecit. Vt ad coracem est uentum mons est altissimus inter callipolim & naupactum.
ibi & iumenta multa ex agmine præcipitata cum ipsis oneribus sunt & homines uexati &
facile apparebat q̄ cum integro hoste res esset qui tam impeditum saltum nullo præsidio ut clau
derē transitum insedissē. Tum quoq; uexato exercitu ad naupactum descendit & in castello
aduersus arcem posito cæteras partes urbis duabus copiis pro situ mœnium circumsedit. Nec
minus operis laborisq; ea oppugnatio q̄ heracleæ habuit. Eodem tempore & messenē impe
ponnesso ab achæis quod concilii eor̄ recusarē esse oppugnari cæpta est & duæ ciuitates messe
næ & dis extra conciuium achaicum erant & cum ætholis sentiebant. Ælii tamen post fugatū
ex græcia antiochum legatus achæor̄ lenius responderant dimisso præsidio regio cogitaturos se
quid faciendum esset. Messen sine responso dimissis legatis mouerant bellum. trepidiq; rei suæ
cum iam ager effuso exercitu urerent castraq; prope urbem ponī uiderent legatos calchidem ad
T. quintium auctorem libertatis miserunt qui nuntiarent messenios romanis non achæis & aperire
portas & dedere urbem paratos esse. Audius legatus extemplo profectus quintius á megalopoli
ad diophanem prætorem achæor̄ misit. Qui extemplo reducere eum á messenē exercitū & ue
nire ad se iubere. Dicto parens diophanes & soluta obsidione cum expeditus ipse prægressus.
agmen circa eridanum paruum oppidum inter megalopolim messenemq; positum quincto
occurrit. Et cum causas oppugnationis exponere & castigatum leuiter quod tantam rem sine
auctoritate sua conatus esset & diuertere exercitum iussit nec pacem omnium bono partam tur
bare. Messenii imperarunt ut exules reducerent & achæor̄ concilio essent. Si qua haberent de
quibus aut recusare in posterum aut cauere sibi uellent corýnthum ad se uenirent. Diopha
nem conciuium achæor̄ extemplo sibi præbere iussit. Ibi de zacinto incepta p fraudem insula
questus postulauit ut restituerentur romanis. Philippi macedonum regis zacynthus fuerat &
eam mercedem amýnandro dederat ut p athamaniam ducere exercitum in superiorē prin
ætholiæ liceret. qua expeditione fractus animis ætholos compulit ad petendam pacem. Amý
nander philippum megalopolitanum insulæ præfecit. Postea per bellum quo se antiocho aduer
sus romanos coniunxit philippo ad munera belli reuocato heroden agrigentinum successorem
misit. Is postq̄ fugam ab thermopilis amýnandrumq; a philippo athamania pulsum missis ultro
ad diophanem prætorem achæor̄ nuntius pecuniam pactis insulam achæis tradit. Id præmium
belli suum esse secum censebant romani. Non enim. M. aciliuum consulem legionesq; romanas
diophani & achæis ad thermopýlas pugnasse. Diophanes aduersus hoc interdum pugnare se se
gentemq;. Interdum de iure facti disserere. Quidam achæor̄ & inuito eam se rem aspernatos re

stabantur & nunc pertinaciam increpabant prætoris. Auctoribusq; iis decretum est ut. T. quinctio p
mitteretur. Erat quinctius sicut aduersantibus asper ita ita si cederes idem placabilis. Omissa contem
tione uocis uultusq; si uultem inquit possessionem eius insulæ censerem achæis esse auctor essem sena
tui .p.q.r. ut eam uos habere sineremus. Ceterum sicut testudinem ubi collecta in suum regmen est
tutam ad omnes ictus uideo esse ubi exiret partes aliquas quodcunq; nudabit obnoxium atq; infir
mum habere. haud dissimiliter achæi uos clausos undiq; mariq; non intra peloponnesium est termi
no ea & iungere uobis & iunctam tueri facile. Simul auditate plura amplectendi hic excedatis mi
da uobis omnia quæ extra sint & exposita ad omnes ictus esse. Assentiem omni concilio nec diapha
ne ultra tendere auso zacinthus romanis traditur. Per idem tempus philippus rex proficiscentem con
sulem ad naupactum pcontatus si se interim quæ defecissent ab societate romana urbes recipere uellet
P ermittere eo ad demetriadem copias admouit haud ignarus q̃a ibi tum turbatio esset. Destitui enim
ab omni spe cum desertos se ab antiocho spem nullam in ætholis esse cernerent dies noctesq; aut philippi
hostis aduentum aut infestiorem etiam quo iustius irati erant romanoꝝ expectarent. Turbæ etiam
ibi conditæ regioꝝ qui primo pauci in præsidio relicti postea plures pleriq; inermes prælio aduersa fuga
delati nec animum nec animi satis ad obsidionem tolerandam habebant. Itaq; præmissis á philippo qui
spem impetrabilis ueniæ ostendebant responderunt patere portas regi. Ad primum eius ingressum
principum quidam urbe excesserunt. cui locus mortem sibi consciuit. Antiochi milites sic enim pacti
erant per macedoniam thraciamq; prosequentibus macedonibus ne quis eos uiolaret lysimachiam dedu
cti sunt. Erant & paucæ naues demetriade quibus præerat isidorus. hæ quoq; cum præfecto suo di
missæ sunt. Inde delopiam & aperantiam & prhebiæ quasdam ciuitates recepit. Dum hæc á philippo
geruntur. T. quintius recepta zacintho ab achaico concilio naupactum trajecit quæ iam qui duos
menses. Sed iam prope excidium erat. oppugnabatur. Et si capta ui foret omne ibi nomen ætholoꝝ
ad interemptionem uidebatur futurum. Cæterum q̃quam merito iratus erat ætholis quidem solos
obtrectasse gloriæ suæ cum liberaret græciam meminerat & nihil auctoritate sua motos esse cum que
tum maxime acciderat casura præmonens á furioso incepto eos deterreret. Tamen ui maxime opus
esse credens nullam gentem liberatæ á se græciæ fundius euersa obambulare muris ut facile no
scerent ab ætholis cepit. Confestim primis stationibus cognitus est uulgatumq; p omnes ordines
quantum esset. Itaq; concursu facto undiq; in muros manus prosequentes consonante cla
more nominatum quinctium orare ut opem ferret ac seruaret. Et tum quidem quam q̃ mouere
tur iis uocibus manu tamen ānuit quidnam opus in se esset. Cæteꝝ postq̃ ad consulem uenit ut nō
fallit inquit te. M. acili quid agatur. An cum satis pudeat nihil id magnopere ad sententiam ro
mani populi pertinere censes. Erexerat expectatione consulem. & quin expromis inquit quid rei
sit. Tum quintius quid uides te deiecto antiocho in duabus urbibus oppugnandis tempus terere
cum iam prope annus circumactus sit imperii tui. Philippum autem qui non aciem non signa
hostium uidit non solum urbes sed tot iam gentes athamaniam perrhebiam aperantiam dolo
pram sibi adiunxisse. Atq; non tantum interest nostra ætholoꝝ opes minui q̃m non supramo
dum philippum crescere & victoriæ tuæ præmium te militesq; tuos nondum tot urbes philippū
tot gentes græciæ habere. Assentiebatur ui consul sed pudor si irrito incepto abscederet obsidiōe

occũrebat . Tota inde quinctio res ꝑmissa est . Is rursus ad eam partem muri qua paulo ante nocturno
ætholi fuerant redit . Ibi cum impensius orarent ut miserereniur gentis ætholæ exire aliquos ad se ius
sit . Pheneas ipse principesq; alii exemplo egressi sunt . Quibus pronolutis ad pedes fortuna inquit
uestra facit ut & iræ meæ & orationi tempora euenerint quæ prædixi eueniura . Et ne hoc quidẽ
reliqui uobis est ut indigni accidisse ea uideamini . Ego tamen sorte quadam nutriendæ græciæ
datus ne ingratus quidem benefacere absistam . Mittite oratores ad consulem qui uideant tantũ
temporis petant ut mittere romam legatos possitis ꝑ quos senatui de uobis ꝑmittatis . Ego apud
consulem defensor deprecatorq; uobis adero . Ita ut censuerat quidam fecerunt . nec aspnatus
est legationem consul . Inducisq; in diem certam datis qua legato remitti ab roma possit solu
ta obsidio & excercitus in focidem missus . Consul cum .T. quinctio ad achaicum concilium egrũ
traiecit . Ibi de ciuitate & de exulibus lacedemoniorũ restituendis actum & neutra perfecta qua
siue gratiæ reseruari ea achei ipsi q̃ per romanos haberent achaico contribui concilio . Epi
rotæ legati ad consulem uenerunt quod non sincera fide in amicitia fuisse satis constabat
Multum tamen nullum antiocho dederant pecunia uinisse eum simulabantur . Legatos ad
regem ne ipsi quidem misisse inficiabantur . Iis peremptis ut in amicitia pristina esse licere
respondit consul se utrum hostium an peccatorũ eos numero habere nondum scire . Senatum
cuius rei iudicem fore . Integram se causam eorũ romam recipere . Indutias ad id diem nonagintа
dare . Epirotæ romam missi senatum adierunt . Iis magis quæ non fecissent hostilia refe
rentibus q̃ purgantibus ea de quibus arguebantur responsum datum est quo uenian impe
trasse non causam probasse uideri possent . Et philippi regis legati iisdem temporis in senatũ
introducti gratulantes de uictoria . Iis peremptis ut sibi sacrificare in capitolio donumq; ex
auro licere ponere in ædem iouis optimi maximi permissum ab senatu . Centum pondo coro
nam auream posuerunt . Non responsum solum benigne legatis regis est . sed filius quoq; philip
pi demeritus qui obsessi romæ erat ad patrem reducendus legatis datus est . Bellum quod cum
antiocho rege in græcia gestum est a . M . acilio hunc finem habuit . Alter consul . P. cornelius
scipio galliam prouinciam sortitus prius q̃ ad bellum quod cum boiis gerendum erat proficisce
retur postulauit ab senatu ut pecunia sibi decerneretur ad ludos quos prætor in hispania in
ter ipsum discrimen pugnæ uouisset . Nouum atq; iniquum postulare est uisus . Censuerunt
ergo quos ludos in consulatu senatui ex sua imuis sententia uouisset eos ut idem manibus siquã
pecuniam ad id reseruasset uel sua ipse impensa faceret . Eos ludos p dies decem . P. cornelius
fecit . Per idem tempus fere ædes matris magnæ ideæ dedicata est . Quam deam is . p. corne
lius aduectam ex asia . P. cornelio scipione cui post africano fuit cognomen . p. licinio consuli
in palatium a mari detulerat . Locauerant ædem faciendam . M . liuius & . CN . claudius censo
res . M . cornelio . T. sempronio consulibus tertio . decem annos postq̃ locata erat dedicauit eã
M . iuuius brutus . ludiq; ob dedicationem eius facti quos primos scenicos fuisse annales uaterius
est auctor megalesia appellatos . Item uiuentius ædem in circo maximo . CN . licinius luci
lius duumuir dedicauit . Vouerat eam sexdecim annis ante . M . iuuius consul quo die has
drubalem exercitumq; eius cecidit . Idem censor eam faciendam locauit . M . cornelio . T.

sempronio consulibus. Huius quoq; dedicandæ causa ludi facti. Et omnia cum maiore religione facta quod nouum cum annocho instabat bellum. Principio enim anni quo hæc profecto ad bellum. M. acilio manente adhuc romæ. P. cornelio consule agebantur boues duos domitos mcarnis per scalas per uenisse in regulas ædificii prodidum memoriæ est. Eos uiuos comburi cineremq; eorum deici in uberem aruspices tulerunt. Tharracinæ & amiterni nunciatum est aliquotiens lapidibus pluuisse. Mentumis ædem iouis & tabernas circa forum de cælo tactas esse. Vulturni in hostio fluminis duas naues fulmine ictas conflagrasse. Eorum prodigiorum causa libros sybillinos ex. s. c. decemuiri cum adissent renunciarunt iouium instituendum censeri esse. & id quinto quoq; anno seruandum. & ut nouendiale sacrum fieret & unum diem supplicatio esset. Coronam supplicarent. Et consul. P. cornelius quibus dis quibusq; hostiis edidissent. x. uiri sacrificarent. Placatis dis nunc uotis rite soluendis nunc prodigiis expiandis in prouinciam proficiscitur consul atq; inde. cn. domitii procons. dimisso exercitu romam decedere iussit. Ipse in agrum boiorum legiones induxit. Sub idem tempus ligures lege sacrata coacto exercitu nocte improuiso castra. q. minucii procons. aggressi sunt. Minucius usq; ad lucem intra uallum militem instructum tenuit interim nequa transcenderet hostis munimenta. Prima luce duabus simul portis eruptionem fecit. nec primo impetu quod sperauerat ligures pulsi sunt. Duas amplius horas dubium certamen sustinuere. Postremo cum alia atq; alia agmina erumperent & fessis succederent integri ad pugnam tandem ligures inter cetera etiam uigilia confecta terga dederunt. Cæsa supra quattuor milia hostium & de romanis locusq; minus quingenti perierunt. Duobus fere post mensibus. P. cornelius cum boiorum exercitu signis collatis egregie pugnauit. Duo & xxxx. milia hostium occisa annalis ualerius scribit capta tria milia & quadringenti signa militaria. c. xxxvii. Ex uictoribus mille quadringenti octuaginta sex cecidisse. Vbi in numero scriptori parum fidei sit quia in augendo eo non aliud intemperatior est magnam uictoriam fuisse apparet quod & castra capta sunt & boi post eam pugnam extemplo dediderunt sese. & quod supplicatio euius uictoriæ causa decreta ab senatu uictimæq; maiores cæsæ. Per eosdem dies. M. fuluius nobilior ex ulteriore hispania ouans urbem est ingressus. Argenti transtulit. x. pondo bigati argenti. c. xxxx. auri. cxxvii. pondo. P. cornelius consul obsidibus a boiorum gente acceptis agri parte fere dimidia eos mulctauit quo uellet. P. R. colonias mittere posset. Inde romam ut ad triumphum haud dubium decedens exercitum dimisit & adesse romæ ad diem triumphi iussit. Ille postero die q̃uenit senatu in ædem bellonæ uocato cum de rebus ab se gestis disseruisset postulauit ut sibi triumphanti liceret urbem inuehi. P. sempronius blesus tr. pl. non negandum scipioni sed differendum honorem triumphi censebat. Bella ligurum gallicis semper iuncta fuisse. eas inter se gentes mutua ex propinquo ferre auxilia. Si. P. scipio deductis acie bonis aut ipse cum uictore exercitu in agrum ligurum transisset aut partem copiarum. q. minucio misisset quam iam tertium ibi annum dubio decertarent bello debellari cum liguribus potuisse. Nunc ad triumphum frequentandum deductos esse milites qui egregiam dare operam rei p. potuissent. Possent etiam si senatus quod festinatione triumphi prætermissum esset id restituere differendo triumpho uellent. Liberent consulem cum legionibus redire in prouinciam dare operam ut ligures subigantur.

nisi illi subigantur in uis iudicium q. P. R. ne bouis quidem. Paucos post menses procon
sulem. P. cornelium multos exemplo qui in magistratu non triumphauerunt triumphatum esse
A dea consul neq; se ligures prouinciam sortium esse aut neq; cum liguribus bellum gessisse neq; tri
umphum de uis postulare. Q. minucium confidere breui subactis uis merito triumphum postulaturu
atq; impetraturum esse. Se de gallis bouis postulare triumphum quos acie uicerit castris exuerit
quos gentem biduo post pugnam totam acceperit in deditionem á quibus obsides abduxerit pa
cis futuræ pignus. Verum enimuero illud multo maius esse quod tantum numerum gallos occiderit
in acie quod cum tot milibus certe bonos nemo ante se imperator pugnauerit. Plus partem di
midiam ex quinquaginta milibus hominum cæsam. Multa milia capta. Senes pueros q; bouis su
peresse. Itaq; id quem q̄ mirari posse cur uictor exercitus cum hostem in prouincia neminem reli
quisset romam uenerit ad celebrandum consulis triumphum. quos multum si & in alia proun
cia opera uti senatus uelit ut id tandem modo promptiores ad aliud periculum nouumq; labo
rem uiros credat si persoluta iis sine detractione prioris periculi laborisq; merces sit. an si spem
proferentibus dimittant aut semel in prima spe deceptos. Nam quod ad se attineat sibi gloriæ
nomen uictam illo die satis quæsitum esse quo se uirum optimum iudicatum ad accipiendam
matrem ideam misisset senatus. hoc titulo si nec consulatus nec triumphus adiicitur satis bone
stam honoratamq; P. scipionis nasicæ imaginem fore. Vniuersus senatus non ipse modo ad de
cernendum triumphum consensit sed etiam tr. pl. auctoritate sua compulit ad remittendā
intercessionem. P. cornelius consul triumphauit de bouis. gallicis carpensis arma signaq; & spo
lia omnis generis trauexit & uasa ænea gallica. Et cum captiuis nobilibus equos quoq; cap
tos gregem traduxit. Aureos torques transtulit mille quadringentos septuaginta. Ad hec
auri. cxlvii. argenti infecti factiq; in gallicis uasis non in fabre suo more factis duo milia tre
centa quadraginta pondo. Bigatorum nūmorum. ccxxxiii. Militibus qui currum secuti sunt cene
nos uicenos quinos asses diuisit. duplex centurioni triplex equum. Postero die contione aduocata
de rebus ab se gestis & de iniuria tribuni bello alieno se illigantis ut suæ uictoriæ fructu se frau
dare cum disseruisset milites exauctoratos dimisit. Dum hæc in italia geruntur antiochus ephesi
securus admodum de bello romano erat tanq̄ non transituri sint asiam romani quam securita
tem ei magna pars amicorum aut p errorem aut assentando faciebat. Hannibal unus cuius eo tē
pore ut maxima apud regem auctoritas erat magis mirari se aiebat quod non iam romam in
asia essent q̄ uenturos dubitabat propius esse ex græcia in asiam q̄ ex italia in græciam traicere
& multo maiorem causam antiochum q̄ aetholos esse. Neq; eum mari minus q̄ terra pollere ro
mana arma. Iampridem classem cura malleum esse. Audire se se nuper naues nouas nouumq;
imperatorē rei gerendæ causa ex italia uenisse. Itaq; desinere antiochus pacem sibi ipse spe na
na facere in asia. Et de ipsa asia breui terra mariq; dimicandum ei cum romanis esse & aut
imperium adimendum orbem terrarum affectantibus aut ipsi regnum amittendum. Vnus uera
& prouidere & fideliter predicere uisus. Itaq; ipse rex nauibus quæ paratæ instructæq; erāt
chersonesum petit ut ea loca si forte terra uenirent romani præsidis firmare. Ceteram
classem polixenidem parare & deducere iussit. Speculatorias naues ad omnia exploranda

circa insulas dimisit. GN. Iunius praefectus romanæ classis cum quinquaginta nauibus profectus ab roma neapolim quo ab socius eius ore conuenire usserat apertas naues quæ ex federe debebantur si ciliam inde petit. Fretoq; messanam praeteruectus cum sex punicas naues ad auxilium missas ac cepisse ab regnis locrisq; & eiusdem uiris socius debitas exegisse nauis lustrata classe ad lacinium altum petit corcyram. Quam primum graeciæ cuncta ad id cum uenisse percontatus de statu belli necdum omnia in graecia pacata esse & ubi classis romana esse postq; audiuit circa thermopylas saltum instatione consulem ac regem esse classem pyrei stare rei causa petit protinus naugare. Peloponnesium tamen sagunctumq; quia parus aetolos malueram esse protinus de populatus maleum petit. Prospera naugatione usus paucis diebus per eum ad ueterem classem peruenit. Ad syleum eumenes rex cum tribus nauibus occurrit cum æginæ diu incertus consiliu fuisse utrum ad tuendum rediret regnum. Audiebat enim antiochum ephesi nauales terrestresq; parare copias. an missa abscedere ab romanis ex quo fortuna sua pendere. A pyreo. Attalus traditus successori quinq; & xx. nauibus retus romam est profectus. Iunius una & octuaginta rostratis nauibus multis præterea minoribus quæ aut aperte rostrate aut sine rostris speculatoriæ erant delum traiecit. Eo tempore consul aetolus naupactum oppugnabat. Iunium deliberantem aliquot dies et est uentosissima regio inter cicladas freus alias minoribus diuisas aduersi uenti tenuerunt. Polixenides cernor per dispositas speculatorias naues factus deli stare classem romanam nuntios ad regem misit. Qui omissis quæ in hellesponto agebat cum rostratis nauibus quam accelerare poterat ephesum redit. Et consilium extemplo habuit faciendum ne periculum nauale certaminis foret.

Polyxenides negabat cessandum & utiq; prius confligendum q̃ classis eumenis & rhodiæ naues conuenirent romanis. Ita numero ferme impares fuisse. Ipsum cæteris omnibus superiorem esse celeritate nauium & uarietate auxilioꝝ. Nam romanis naues & si ipsas insolite factas immobiles esse tum etiã ut quæ hostium uenam oneratas cõmeatu uenire. Suas autem ut pacata omnia circa se relinquentes nihil præter militem atq; arma habituros. Multum etiam aduncturam nouam maris terraq; & uentoꝝ quæ omnia ignaros turbatura hostes essent. Mouit omnes auctor consiliu & rei qui consilium executurus erat. Biduum in apparatu moratus. tertio die centum nauibus quatuor sep tuaginta rectæ cæteræ apertæ minoris omnes formæ erant profecti phoceam peruenerunt. Inde cum audiuisse appropinquare iam romanam classem rex qui non interfuturus nauali certamini erat magnesiam quæ ad sypilum est concessit ad terrestres copias comparandas. Classis ad cassiopen portum eruheoꝝ tanq; ibi apertus expectatura hostem contendit. Romani ubi primum aquilones conortamq; paliquot dies cecideram tenuerant ad bellophanas portum chioꝝ in egeum mare uersum petunt. Inde ad urbem circum egre naues cõmeatuq; sumpto phoceam traiecunt. Eumenes cleam ad suam classem profectus paucis post inde diebus cum quattuor & xx. nauibus rectis apertis pluribus paulo á phocea ad romanos paratus instructisq; se ad nauale certamen redit. Inde centum quinquaginta rectis nauibus apertis ferme quinquaginta profecti primo aquilonibus transuersis cum urgerentur in terram cogebantur tenui agmine prope in ordine singulæ naues ire

Deinde ut lenta paulum uis uenti est ad coryciam portum qui super cassiopen est conari simul trai cere. Polyxenida ut appropinquare hostes allatum est occasione pugnandi lætus sinistro ipse

cornu impetum extendit. Dextrum cornu praefectos nauium ad terram explicare iubet eaque fronte ad pugnam procedebat. Quod ubi uidit romanus sequela contrahit: malosq; inclinat. & simul armamenta componens operiuntur insequentes naues. Iam fere triginta insequentes erant quibus ut aequarent leuum cornu dolonibus erectis salutem petere intendit. Iussi qui sequebantur ad uersus dextrum cornu prope terram proras dirigere. Eumenes agmen cogebat. Ceterum ut de mendis armamentis tumultuari primum coepta est & ipse q̃ta maxima celeritate potest conatat naues. Iam omnibus in conspectu erant. duae primae naues antecedebant romanam classem quibus obuiae fuerunt regiae naues. & ut in numero pari duae regiae unam circumsistunt. Et primum ab utroq; latere remos defringunt deinde transcendunt armati & deiectis caesisq; propugnatoribus nauem capiunt. Vna cum pari marte concurrerat postq̃ capta altera nauem uidit prius q̃ armis simul circumuenirentur retro ad classem refugit. Tumultus indignatione accensus praetoria naue in hostes tendit. aduersus quem eadem spe duae quae primam unam nauem circumueneram cum inferrentur dimittere in aquam remos ab utroq; latere remiges stabiliendae nauis causa iussit & in aduentantes hostium naues ferreas manus iacere. Vbi pugnam pedestri similem fecisse meminisse romanae uirtutis. nec pro uiris ducere regia mancipia. haud paulo facilius q̃ ante duae unam tunc una duas naues expugnauit coepitq;. Et iam classes undiq; quoq; concurrant & passim primaeus naubus pugnabatur. Eumenes qui cõmisso certamine aduenerat ut animaduertit leuum cornu hostium a luno turbatum dextrum ipse ubi aequa pugna erat inuadit. Neque ita multo post primum ab leuo cornu fugam fecit. Polyxenidas cum ut uirtute minime haud dubie superari se uidit sublatis dolonibus effuse fugere intendit. Moxidem & qui prope terram cum eumene contraxerant certamen fecerunt. Romani & eumenes quod sufficere remiges potuerunt & in spe erant extremum agminis uexandi fatis pugnaciter secuti sunt. Postq̃ celeritate nauium utpote leuium suas cõmeatu onustas eludi frustra tendentes uiderunt tandem abstiterunt. Tredecim captis nauibus cum milite ac remige decem demersis romanae classis una puinca nauis in primo certamine ab duabus circumuenta periit. Polyxenidas non prius q̃ in portu ephesi fugae finem fecit. romam eo die unde egressa classis regia erat manserunt. Postero die hostem persequi intenderunt. Medio fere in cursu obuiae fuere iis quinq; & uiginti rectae rhodiae naues cum pausistrato praefecto classis. his adiunctis ephesium hostem persecuti ante hostium portus acie instructa steterunt. Postq̃ confestionem uictis satis expressserunt. rhodii & eumenes domos dimissi. romani cum parentes patriam primum portu erythraeo praeternauigh nocte anchoris iactis postero die in insulam ad ipsam urbem traiecerunt. Vbi paucos dies remige maxime reficiendo moram phocaeam traxerunt. Ibi relictis ad praesidium urbis quattuor quinqueremibus ad cannas classis uenit. & cum iam hiemps appeteret fossa uallo; circundari naues subductae. Exim anni comitia romae habita quibus creati consules. L. cornelius scipio. &. cn. lelius africanus. immembus cuncti ad finiendum cum antiocho bellum. Postero die praetores creati. M. tullius. L. aurunculeius. cn. fuluius. L. aemilius P. uinus. T. aemilius labeo.

.T.LIVII PATAVINI HISTORIARVM AB VRBE CONDITA LIBER .XXXVII.

INCIPIT FELICITER.

ORNELIO SCIPIONE GNEO LELIO CONSVLIBVS NVLLA PRI
us secundum legiones acta in senatu res est q̄ de ætholis. Et legati eor̄ instare qua
breuem indutiar̄ diem habebant. Et ab T. quinto qui tum romam ex graecia re
dierat adum sunt ætoli ut quibus plus in misericordia senatus q̄ in causa spei
esset supplicater egerunt ueteribus benefactis noua pensantes maleficia. Cete
& praesentes interrogationibus undiq; senator̄ confessionem magis noxae q̄ re
sponsa exprimentium fatigati sunt. Vt excedere curia ulli magnum certamen praebuere. Plus
ira q̄ misericordia in causa eor̄ ualebat. quia non ut hostibus modo sed tanq̄ indomitae & inso
cabili gent̄ succensebant. Per aliquot dies cum certatum esset postremo neq; dari neq; negari
pacem placuit. Duae condiciones ut latae sunt uel senatui liber̄ arbitrium de se permitterent uel
mille talenta darent eosq; amicos atq; inimicos haberent. Exprimere cupientibus quar̄ rer̄
in se arbitrium senatui permitterent nihil certi responsum est. Ira infecta pace dimissi urbe. eo
dem die italia intra quindecim dies excedere iussi. Tum de consulum prouinciis coeptum est
agi. Ambo graeciam cupiebant. Multum letus in senatu poterat. Is cum senatus aut sortiri
aut comparare inter se prouincias consules iussisset elegantius facturos dixit si iudicio patrū
q̄ si sorte eam rem permisissent. Scipio responso ad hoc dato cogitandum quid sibi faciendum esset cū
fratre uno loco tus iussuq; abeo permitteret audacter senatui renuntiat collegae facturum se quod is
censeret. Cum res aut noua aut uetustate exemplor̄ memoriam excoletae relata expectā
tione certaminis senatum erexissent. Scipio africanus ait si. L. scipioni fratri suo prouinciam
graeciam decreuissent se legatum iturum. hac uoce magno assensu audita sustulit certamen
nec comparata iubebat iturum plus regi antiocho in hannibale uicto an in uictore africano
consuli legionibusq; romanis auxilii foret. Ac prope omnes scipioni graeciam lelio italiam de
creuerunt. Praetores inde prouincias sortiti sunt. L. aurunculeius urbanam. emilius regi
lus classem. P. iunius brutus iuscos. M. brutus apuliam & bruttios. cn. attilius siciliam.

Consuli deinde cui graecia prouincia decreta erat ad eum exercitum quem á. M. acilio duae aut̄
legiones erant accepturus esset in supplementum addita pedituum cuiuum romanor̄ tria milia
equitum centum & socium latini nominis quinq; milia & equites ducenti. Adiectum ut cum
in prouinciam uenisset si ei rep. uideretur esse exercitum in asiam traicere. Alteri consuli to
tus nouus exercitus decretus. duae legiones romanae & socior̄ latini nominis quindecim milia
peditum equites ducenti. Exercitum ex liguribus. P. minutius iam enim confectam prouinciam
scripserat & ligurum omne genus in deditionem uenisse traducere in boios &. P. cornelio procon
suli tradere iussus. Ex agro quo uictos bello muletauerat boios deducendae legiones quae priore
anno conscriptae erant. M. iunio praetori datae & socior̄ ac latini nominis peditum quindecim
milia equites ducenti. Ad apuliam bruttiosq; obtinendos. L. cornelio superioris anni prae
tori qui bruttios cum exercitu obtinuerat imperatum sit ita uideretur ut legiones in ætoliā
profectas. M. acilio traderet si is manere ibi uellet si acilius redire romam mallet ut. L. cor
nelius cum eo exercitu in ætolia remanere. Gneum aemilium labeonem prouinciam siciliā
exercitumq; ab. L. æmilio accipere placuit & in supplementum scribere ex ipsa prouincia

si uellet pedituꝫ duo milia & centum equites. P. uniuꝰ brutuꝰ consuliꝰ exercituꝫ nouum legio
nem unam romanam & decẽmilia socium ac latini nominiꝰ scribere & quadringentoꝰ equites
L. æmiliuꝰ cui maritima prouincia erat decem nauesꝰ longasꝰ & sociosꝰ nauales á. M. uinio
pretore superioriꝰ anni accipere iussiuꝰ & scribere ipse illa nauales sociosꝰ .cc. pedituꝫ cum
iis naubuꝰ militibusq; in asiam proficisci & classes á. cN. huuo accipere. Duasꝰ hispaniasꝰ tar
diuamq; obtinentibuꝰ prorogatuꝫ in annum imperiuꝫ est & iidem exercituꝰ decreu.
Siciliæ sardiniæq; binæ eo anno decimæ frumenti imperatæ. Siculum omne frumentum
in ætholiam ad exercituꝫ portari iussum. ex sardinia parsꝰ romam parsꝰ in ætholiam eodẽ
quo siculum. Priusq; consuleꝰ in prouincia proficiscerentur prodigia p pontificeꝰ procu
rari placuit. Romæ iunonis lucinæ templum de cælo tactum erat ita ut fastigium ualuæ
que deformarentur. Puteoliꝰ pluribuꝰ locisꝰ murusꝰ & porta fulmine icta & duo homineꝰ
exanimati. Nursiæ sereno satisꝰ constabat nimbum ortum. Ibi quoq; duoꝰ liberoꝰ homineꝰ
exanimatoꝰ. Terram apud se pluuisse tusculani nuntiabant mulam in agro suo peperisse
E a procurata latinaq; instauratæ quod laurentibuꝰ carnisꝰ quæ dari debæ data non fuerat
Supplicatio quoq; eoꝝ religionum causa fuit. Quibuꝰ diuꝰ decemuiri ex libriꝰ ut fieræ addi
derunt. Decem ingenui decem uirgineꝰ paterni materniq; omneꝰ ad id sacrificium adhibi
ti. Et decemuiri nocte latenteꝰ rem diuinam fecerunt. P. corneliuꝰ scipio africanuꝰ priusq;
proficisceretur fornicem in capitolio aduersuꝰ uiam qua in capitolium ascenditur cum signiꝰ
septem auratuꝰ & equuꝰ duobuꝰ & marmorea duo labra ante fornicem posuit. Per eosdem dieꝰ
principeꝰ ætoloꝝ quadraginta treꝰ inter quoꝰ damocritiuꝰ & frater eiuꝰ erant ab ducibuꝰ co
hortibuꝰ missiꝰ á. M. acilio romam deducti & in latinumꝰ consecuti sunt. Cohorteꝰ inde ad
exercituꝫ redire. L. corneliuꝰ consul iussit. Legati ab ptholemeo & cleopatra regibuꝰ æ
gipti gratulantesꝰ quod. M. acilиuꝰ consul antiochum regem grecia expulissa uenerunt adhor
tantesq; ut in asiam exercituꝫ traicerent. Omnia perculsa metu non in asia modo sed etiã
syria esse. Regesꝰ ægypti ad ea quæ censuisset senatuꝰ paratoꝰ fore. Gratiæ regibuꝰ actæ.
Legatiꝰ munera dari iussa in singuloꝰ quaternum miliuꝫ æriꝰ. L. corneliuꝰ consul peractisq;
romæ agenda erant pro contione edixit ut militeꝰ quoꝰ ipse in supplementum scripsisse quiq
in bruttiis cum. L. cornelio propr. essent ut biduo omneꝰ idibuꝰ quintil. brunduſiuꝫ conue
nirent. Item treꝰ legatoꝰ nominauit. Sex. digitium. L. apustiuꝫ. cN. fabriciuꝫ qui &
ora maritima undiq; nauesꝰ brunduſiuꝫ contraherent & omnibuꝰ iam paratiꝰ paludatiꝰ
ab urbe est profectuꝰ. Ad quinq; milia uoluntarioꝝ ex romaniꝰ sociisq; qui merita stipen
dia sub imperatore. P. africano habebant presto fuere exeuntu consuli & nomina dederiꝫ
Per eosdem dieꝰ quibuꝰ est profectuꝰ ad bellum consul ludiꝰ apollinaribuꝰ ad quintum iduꝰ quintil.
cælo sereno interdiu obscurata est luxe cum luna sub solis orbem subisse. Et. L. emiliuꝰ re
gillus cui naualiꝰ prouincia euenerat eodem tempore profectuꝰ est. L. aruinculeio nego
tium ab senatu datum est ut. xxx. quinq; remesꝰ faceret quia fama erat antiochum
post prælium nauale maiorem classem aliq̃to reparare. Ætoli post legatu ab roma retu
lerunt nullam spem pacis esse q̃quam omniꝰ ora maritima eoꝝ quæ in peloponnessum

uersa est depopulata ab achei erat periculi magis q̄ damni memores ut romanis intercluderent uiā coracem occupauere montem neq; enim dubitabant ad oppugnationem naupacti eos principio uersis reditturos esse. Achio quia id expectari sciebat satius uisum est opinatam aggredire & lamiam oppugnare. Nam & a philippo prope ad excidium ductos esse. & tunc eo ipso quod nihil tale timerent opprimi incautos posse. Profectus ab elatia primum in hostium terra circa spercheum amnem posuit castra. Inde nocte motis signis prima luce corona mœnia est aggressus. Magnus pauor ac tumultus ut in re improuisa fuit. Constantius tamen q̄ quis facturos crederet in tam subito periculo cum uiri propugnarent femine tela omnis generis saxaq; in muros gererent multifariam scalis appositis urbem eo die defenderunt. Aelius signo receptui dato suos in castra medio ferme die reduxit. & quidem cibo & quiete refectis corporibus prius q̄ prætorii dimitterē demmauit ut ante lucem arma paratq; essent. nisi expugnata urbe se eo in castra non reducturos. Eodem tempore quo pridie pluribus locis aggressus cum oppidanos iam uires iam tela iam ante omnia animus deficeret intra paucas horas urbem cepit. Ibi parum diu dendi cam parum diuisa preda consilium habuit quid deinde faceret. Nemini ad naupactum iri placuit occupato ad coracem ab ætholis saltu. Ne tamen segnia estiua essent & ætholi impetra tam pacem ab senatu nihilominus p̄ suam cunctationem habebant oppugnare aelius amphissam statuit. Ab heraclea p̄ octam excercitus eo ductus cum ad mœnia castra posuisset non corona sicut lamiam sed opibus oppugnare urbem est adortus. Pluribus simul locis arces admouebantur & cū quaterentur muri nihil aduersus tale machinationis genus parare aut emmisci oppidani conabantur. omnis spes in armis & audacia erat. Eruptionibus crebris stationes hostium & eos ipsos qui circa opera & machinationes erant turbabant. Multus tamen locis decussus murus erat. Tum allatum est successorem apollonie expositio excercitu per epirum ac thessaliam uenire cum tribus milibus peditum & quingentis equitibus consul ueniebat. Iam in sinu maliaco uenerat & præmissis hipatam qui traderet urbem uiderent postq̄ responsum est nihil nisi ex cōmuni ætholo concilio facturos ne teneret se oppugnatio hipate nondum amphisa recepta præmisso fratre africano amplissimum agmen ducit. Sub aduentum eo oppidani relicta urbe iam enim magna ex parte nudata mœnibus erat in arcem quam inexpugnabilem habent omnes armati atq; inermes concessere. In sex milia ferme passuum inde posuit castra. Eo legati inde athenienses primum ad P. scipionem pregressum agmen sicut dictum est deinde ad consulem uenerunt deprecantes pro ætholis. Clementius responsum est ab africano tulerunt. qui causam relinquēdi honeste ætholici belli quærens aliam & animum spectabat. ulciscique athenienses non romanis solum ut pacem bello preferrent sed etiam ætholis persuadere celeriter. Auctoribus athenientibus frequens ad hipatam legatio ætholo uenit. Et spem pacis est sermo etiam africam quem priorem audiuerunt auxit cōmemorantis multas gentes populosq; in hispania prius deinde ad consulem uenerunt deprecantes pro ætholis in africa in fidem suam uenisse. In omnibus se maiora clementiæ benignitatisq; q̄ uirtutis bellicæ monimenta reliquisse. Perfecta uidebatur res cum aduius consul idem illud responsum retulit quo fugati ab senatu erant. Eo ranq̄ nouo cum ita ætholi essent. Nihil enim nec legatione athenientium nec placido africani re

spem habebat præter q̄ quod & magnitudo animi & sanctitas gloriæ placabilem eum maxime fa
ciebat notumq; erat gentibus qui uictor ille in hispania qui deinde in africa fuisset & quod filius
eius captus in potestate regis erat. Ubi & quando & quo casu captus sit sicut pleraq; alia par
inter auctores constat. Alii principio belli á calchide oricum petentem circumuentum abre

gus nauibus traduntur. Alii postq̃ transitum in asiam est cum turma fregellana missum exploratũ
ad regia castra effuso obuiam equitatu cum reciperet se se in eo tumultu delapso equo cum duobus
equitibus oppressum ita ad regem deductum esse. Illud satis constat si pax cum P. R. manere
hospitiumq; priuatum regi cum scipionibus essẽ neq; liberalius neq; benignius haberi coliq; adole
scentem q̃ cultus est potuisse. Obhęc cum aduentum P. scipionis legatus expectasse ubi is uenit
consulem adit petitq; ut mandata audiret. Aduocato frequenti consilio legati uerba sunt audi
ta. Is multus ante legationibus nequicq̃ ultro citroq; de pace missis eam ipsam fiduciam impetran
di sibi esse dixit quod priores legati nihil impetrassent. Smirnam enim & lapsacum & alexan
driam troadem & lisymachiam in europa iactatas nullis disceptationibus esse quas lisymachia
cessisse regem nequid habere eum in europam dicerent. Eas quæ in asia sunt ciuitates tradere
paratum esse. & si quas alias romani quod suas partium fuerint uendicare ab imperio regio
uelint. Impensæ quoq; in bellum factæ partem dimidiam regem præstaturus populo romano
hæc condiciones erant pacis. Reliqua sunt oratio ut memores rerũ humanarũ & suæ fortunæ mo
derarentur & alienam ne urgerent. Finirent europa imperium. id quoq; immensum esse.
& parari singula acquirenda facilius potuisse q̃ uniuersa teneri posse. Quod si asiæ quoq; partem
abstrahere uelint dũmodo non dubius regionibus finiant unici suam temperantiam romana
cupiditate pacis & concordiæ causa regem passurum. Ea quæ legato magna ad pacem impe
trandam uidebantur parua romanis uisa. & impensam quæ in bellum facta essẽ omnem pre
stare regem æquum censebant cuius culpa bellum excitatum essẽ. Et non ionia modo atque
eolide dedici debere regia præsidia sed sicut græcia omnis liberata essẽ ita quæ in asia sunt
omnes liberari urbes. Id aliter fieri non posse q̃ ut eis thaurum montem possessione asiæ antiochus
cedat. Legatus postq̃ nihil equi in consilio impetrare se censebat priuatum sic enim imperati
erat. P. scipionis tentare animum est conatus. Omnium primum filium ei sine pretio red
dituꝝ regem dixit. Deinde ignarus & animi scipionis & moris romani auri pondus ingens
pollicitus & nomine tantum regio & excepto societatem omnis regni si pęcunia pacem impetras
set. Ad ea scipio quod romanos omnes quod me ad quem missus es ignoras minus miror cum te
fortunam cuius á quo uenis ignorare cernam lisymachia tenenda erat ne chersonessum intra
remus aut ad hellespontum obsistendum ne in asiam traiceremus si pacem á sociis de belli euen
tu pertuli eratis. Concesso uero in asiam transitu & non solum freni sed etiam iugo accepto quæ
disceptano ex æquo cum imperium patiendum sit relicta est? Ego ex munificentia regia ma
ximum donum filium habebo. Alius deos precor ne unq̃ fortuna egeat mea. animus certe
non egebit. Pro tanto in me munere gratum me in se esse sentiet si priuatam gratiam pro
priuato beneficio desiderat. Sed publici nec habebo quicq̃ abillo nec dabo. Quod in pronuncia
dare possum fidele consilium est. Abi nuntia meis uerbis bello absistat pacis condicionem
nullam recuset. Nihil ea mouerunt regem tutam fore belli ratum quando per idem ac
merito iam sibi leges dicerentur. Omissa igitur in presentia mentione pacis totam curam in
belli apparatum intendit. Consul omnibus preparatis ad proposita exequenda cum ex stati
uis mouisset dardanum primum deinde drotheum utranq; ciuitatem obuiam effusam uenit.

Inde ilium processit. Castrisq; in campo qui est subiectus montibus positus in urbem arcemq; cum ascen
disset sacrificauit minerue præsidi arcis. & iliensibus in omni rem uerboq; honore ab se orum
dos romanos proferentibus & romanis laetus origine sua. Inde profectus sextus castris ad caput
caici amnis peruenerunt eo & omnes. Eumenes rex primo conatus abhellesponto reducere clas
sem in hiberna eleam aduersis deinde uentis cum aliquot deinde diebus superare retro in pro
montorium non potuisset in terram egressus ne deesset principis rei qua proxime fuit in castra
romana cum parua manu contendit. Ex castris pergamum remissus ad cõmeatus expediendos tra
dito frumento quibus usserat consul in eadem statua redit. Inde plurimum diei præparans
cibarius consilium erat ire ad hostem priusq; hiemis opprimeret. Regia castra circa nathnam
erant. Vbi cum audisset antiochus. P. scipionem egrum eleam delatum legatos qui filium redu
cerent misit. Non animo solum patrio gratum munus sed corpori quoq; salubre gaudium fuit
Sanatusq; tandem amplexu filii renuntiauit grauis regi me agere referre gratiam aliam
nunc non posse q; suadeam non ante in aciem descendat q; ut in castra me rediisse audierit. Quãq;
sexaginta milia peditum plus duodecim milia equitum animos interdum ad spem certaminis
faciebant. Motus tamen antiochus tanti auctoritate uiri in quo deiectus belli euentus omnis
fortunæ posuerat subsidia recepisse transgressus phrygium amnem circaq; magnesiam quæ ad
sypylum est posuit castra. Et ne dum extrahere tempus uellet munimenta romani tentarent
fossam sex cubita altam duodecim latam cum duxisset extra duplex uallum fossæ circumdedit. Inte
riore labro murum cum turribus crebris obiecit. unde facile arceri transitum fossæ hostis posset. Consul
circa thatiram esse regem ratus continuis itineribus quinto die ad hicanum campum descendit.
Inde cum profectum audisset secutus uestigia circa phrygium amnem quattuor milia ab hoste po
suit castra. Eo mille ferme equites maxima pars gallogræci erant & dach quidam alteq; genus
sagarii equites intermixti tumultuose amne traiecto in stationes impetum fecerunt. Primo tur
bauerunt incompositos. dein cum longus certamen fieret romanos ex propinquo castris facile sub
sidio crescerent numerus regis fessi iam & plures non sustinentes recipere se coan circa ripam amnis pri
usq; flumen ingrederentur ab instantibus tergo aliquot interfecti sunt. Biduum deinde silentium
fuit neutris transgredientibus amnem. Tertio die post romani simul omnes transgressi sunt & duo
milia fere & quingentos passus ab hoste posuerunt. Castrametantibus & muniendo occupatis tria
milia delecta equitum peditumq; rhodios magno terrore ac tumultu aduenere. Aliquanto pauciores
in statione erant. duo tamen milia per se nullo momento castros milite aduocato & primo equi
prælium sustinuere. Et crescentes certamine pepulerunt hostes centum ex iis occisis centum ferme
capti per quatriduum insequens instructæ utrinq; acies pro uallo steterc. Quinto die romani pro
cesserunt in medium campi. Antiochus nihil promouit signa ita ut extrema minus mille pedes
a uallo abessent. Consul postq; detractari certamen uidit postero die in consilium aduocauit quid
sibi faciendum essæ si antiochus pugnandi copiam non faceret. Instare hiemem. aut sub pellibus
habendos milites fore aut si concedere in hiberna uellæ differendum esse in æstatem bellum
Nullum unq; hostem romani æque contempserunt. Conclamatum undiq; est ducere ex exemplo
ut uteretur ardore militum qui tanq; non pugnandum cum tot milibus hostium sed par mu

merus pecoꝝ trucidandus esse per foueas per uallum castra inuadere parati erant. si in prælium hostis non exiret. Gneus dominus ad explorandum uer: & qua parte aditu uallum hostium posset mussus postq̃ omnia certa retulit postero die propius castra admoueri placuit. Tertio si gna in medium campi prolata. & instru acies cepta est. Nec antiochus ultra tergiuersandum ratus ne & suoꝝ animos minuere detractando certamen & hostium spem augere & ipse copias eduxit tantum progressus á castris ut dimicaturum apparere. Romana acies unius prope form̃ fuit & hominum & armoꝝ genere. Duæ legiones romanæ. duæ socium ac latini nominis erant. Quina milia & quadrigenos singulæ habebant. Romani mediam aciem: cornua latini tenuerunt. ha statoꝝ prima signa dein principum erant. Triarii postremos claudebant. Extra hanc uidit ustam aciem á parte dextra consul acheoꝝ cetratos immixtos auxiliares. Eumenes tria milia ferme pedi tum æquata fronte instruxit. Vltra eos equitum mille tria milia opposuit. ex quibus eumenis oc tingenti reliqui omnis romanus equitatus erat. Extremos tralles & cretenses. quingentoꝝ ubiq; numeꝝ explebant statum. Ienum cornu non uerebatur obiectis talibus auxiliis: quia flumen ab ea parte: ripaq; derupta claudebant. Quattuor tantum inde turmæ equitum oppositæ. & duo milia mixtoꝝ macedonum tracumq; qui uolumtate secum erant præsidio castris relicti sunt. Quin decem elephantos post triarios in subsidio locauerunt. nec præterq̃ quod multitudinem regioꝝ ele phantoꝝ. erant autem quattuor & quinquaginta sustineri non iudebantur posse ne pari quidem numero indicis africa resistunt. siue quia magnitudine longe cæteris præstant. siue robore ani moꝝ uincuntur. Regia acies uaria magis multis gentibus dissimilitudine armoꝝ auxiliorumq; erat. decem & sex milia peditum more macedonum armati fuere. qui phalangitæ appellabantur. Hoc media acies fuit in fronte in decem partes diuisa. partes eas interpositis binis elephantis distin guebat a fronte. Introrsus in duos & xxx. ordines armatoꝝ acies patebat. Hoc & roboris in re gius copius erat. & perinde cum alia specie tum eminentibus tantum inter armatos elephantes magnũ terrorem præbebant. Ingentes ipsi erant addebant speciem frontalia & cristæ & tergo impositæ turres. Turribusq; superstantes præter rectore quaterni armati. Ad lætus dextrum phalangi tas mille & quingentos gallogræcoꝝ pedites opposuit. his triamilia peditum loricatoꝝ. cataph ractos ipsi appellant. adiunxit. Addita his ala mille ferme equitum. hæc geneam uocabant. Medi erant lecti uiri: & eiusdem regionis mixti multas gentium equites continentes. Græcæ ferde cum elephantoꝝ est oppositus in subsidiis. Ab eadem parte paulum prorupto cornu regia cohors erat. argiraspides á genere armoꝝ appellabantur. Dache deinde equites sagittariosq; mille & ducenti. Tum leuis armatura trium milium pari ferme numero pars cretenses pars tralles. duo milia & quingenti mixti arcubi fũditores & clymei sagittarii. Ab leuo cornu phalangitis adiuncti erant gallogræci pedites mille & quingenti similiter. His armati duo milia capadocum ab ari arathe missi sunt regi. Inde auxiliares mixti omnium genes duo milia septingenti & tria milia cataphractoꝝ equitum & mille alii equites. Regia ala leuioribus regimentis suis equo rumq; alia haud dissimili habitu. Syri pleriq; erant phrygibus & lydis immixti. Ante hunc equitatum falcatæ quadrigæ & camelli: quos appellant dromadas ut insidebant arabes sa

gutarū gladios tenues habentes longos quattuor cubita: ut extanta altitudine cominge re hostem possent. Inde alia multitudo par ea quæ in dextro cornu erant. primi tarentini deinde gallograecorum equitum duomilia & quingenti. Inde neocretes mille. & eodem armatu cares & achaices mille & quingenti. & totidem thralles. & tria milia cetratorum pisidæ erant & pamphylii & licii. Tum cirtheorum & elimeorum paria in dextro cornu locatis auxilia & sexdecim elephanti modico intervallo distantes. Rex ipse in dextro cornu erat. Seleucum filium & antipatrū fratris filium in leuo præposuit. Media acies tribus permissa mnasicom & zeuxidi & philippo magistro elephantorum. Nebula matutina crescente die leuata in nubes caliginem dedit. Humor inde ab austro uelut profudit omnia quæ nihil admodum romanis eadem p incommoda regis erant. Nam & obscuritas lucis in acie modica romanis non adimebat in omnes partes conspectum. Et humor toto fere grauis armatu nihil gladios aut pila hebetabat. Regii tam lata acie ne ex medio quidem cornu sua conspicere poterant. nedum extremi inter se conspicerentur. Et humor arcus funditoresq; & iaculorum amenta molliebat. Falcate quoq; quadrigæ quibus se perturbaturum hostium aciem annocbus crediderat in suos terrorem verterunt. Armatæ autem in hunc maxime modum erant. Cuspides circa temonem ab iugo decem cubita extantes uelut cornua habebant quibus quicquid obuium daretur transfigerent. & in extremis iugis binæ circa eminebant falces. altera æquata iugo altera inferior in terram deuexa. Illa ut quicquid ab latere obiceretur abscideret. hæc ut prolapsos subeuntesq; contingeret. Item ab axibus rotarum utrinq; binæ eodem modo diuersæ deligabantur falces. Sic armatas quadrigas quæ si in extremo aut in medio locatæ forent per suos agendæ erant in prima acie ut ante dictum est locauerat rex. Quod ubi cumenes uidit haud ignarus pugnæ & q̄ anceps esset auxilii genus siquis panorem magis equis inceret q̄ iusta adorirentur pugna. cretenses sagittarios funditoresq; & iaculatores equitum non confertos sed q̄maxime possent dispersos discurrere iubet. & omnibus simul partibus tela ingerere. hæc uelut procella partium clamoribus dissonis tra consternauit equos ut repente uelut effrenati passim incerto cursu ferrentur. quorum impetum & leuis armatura & expedita funditores & uelox cretensis momento declinabant. & equos insequendo tumultum ac panorem equis camelisq; & ipsis simul consternatis augebant. Clamore & ab alia circumstantium turba multiplici adiecto. Ita medio inter duas acies campo exiguntur quadrigæ armatoq; in ani ludibrio cum demum ad iustum prælium signo utrinq; dato concursum est. Ceterum uana est illa res. uere mox cladis causa fuit. Auxilia enim subsidiaq; quæ proxima locata erant panore & consternatione quadrigarum territa & ipsa in fugam uersa nudarunt omnia usq; ad cataphractos equites. ad quos cum dissipatis subsidiis peruenisset equitatus romanus ne primum quidē impetum pares eorum sustinuerunt. Alii fusi sunt. alii propter grauitatem tegumentorum armorumq; oppressi sunt. Totum deinde leuum cornu inclinauit. & turbatis auxiliaribus quia inter equites quos appellant phalangitas erant usq; ad mediam aciem terror peruenit. Ibi simul p turbati ordines & impeditus intercursu suorum usus prælongarum hastarum. Sarisas macedones uocant. Intulere signa romanæ legiones & pila inter perturbatos conicere. Ne interpositi quidē

elephanti militem romanum deterrebant. assuetum iam ab africis bellis & uitare impetum beluæ ex transuerso aut plus incessere aut si propius subire posse gladio neruos incidere. Iam media acies fere omnis a fronte prostrata erat & subsidia circumta ab tergo cedebantur. Tum in parte alia fugam suorum & propiorem ad ipsa castra clamorem pauentium accepere. Namq; antio chus á dextro cornu scilicet romanorum cum ibi fiducia fluminis nulla subsidia cernerá præter quattuor turmas equitum & dum applicant se suis ripam mutant. Impetum in eam partem cum auxilius & cataphractato equitatu fecit. Nec á fronte tantum instabat sed circumto á flu mine cornu iam ab latere urgebat. donec fugam equites scilicá romani primum dein proci mi peditum effuso cursu ad castra compulsi sunt. Præerat castris. M. æmilius tribunus militum M. lepidi filius qui post paucos annos pontifex maximus factus est. Qua fuga cernebat suorum cũ præsidio suorum occurrit. & stare primo deinde redire in pugnam iubebat pauorem & turpem fugam increpans. Mine ex inde erant in perniciem suam cecos ruere nu dicto parerent. Po stremo dat huic signum ut primos fugientium cedant. turbam insequentium ferro & uulne ribus in hostem redigant. Hic maior timor minorem uicit. anceps uoluntas metu primo consti terunt deinde & ipsi redire in pugnam. & æmilius cum suo præsidio. erant autem duo milia utrorum fortium. effuse sequente rege acriter obstitit. Et attalus eumenis frater ab dextro cor nu quo leuium hostium primo impetu fugatum fuerat ab sinistro fugam suorum & tumultum circa castra uidit. In tempore cum ducentis equitibus aduenit. Antiochus postq̃ & eos quorum ter ga modo uiderat repetentes pugnam & aliam a castris & ex acie affluentem turbam conspe xit in fugam uertit equum. Ita utroq; cornu uictores romani per aceruos corporum quos in media maxime acie cumulauerant ubi & robur fortissimorum hominum & arma grauitate fugam impedierant pergunt ad castra diripienda. Equites primi omnium eumenis deinde & alius equitatus toto passim campo sequuntur hostem. & postremos ut quosq; adepti sunt cedunt. Cæterum fugientibus maior pestis in perniciem quadrigis elephantisq; & camelis erat. & sua ipsorum turba cum solutis ordinibus uehit cæci super alios alii ruentes incursu belu arum obtererentur. In castris quoq; ingens & maior prope q̃ in acie cedes est edita. Nam & primorum fuga in castra maxime inclinauit. & huius fiducia multitudinis quæ in præsidio erat pertinacius pro uallo pugnauerunt retenti in portis uallo quæ se impeti ipso capturos crediderant romani. postq̃ tandem perruperunt ab ira grauiorem ediderunt cædem. Ad quinquaginta milia peditum cæsa eo die dicuntur equitum tria milia. & mille & quadrin genti capti & quindecim cum rectoribus elephanti. Romanorum aliquot uulnerati sunt. C ecciderunt non plus trecenti pedibus & quattuor & uiginti equitibus. Et de eumenis exer citu quinque & uiginti. Et illo quidem die uictores direpti hostium castris cum magna præ da in sua reuerterunt. Postero die spoliabant cæsorum corpora & captiuos contrahebant. Le gati ab tyatira & magnesia ab sipilo ad dedendas urbes uenerunt. Antiochus cum paucis fu giens in ipso uenere pluribus congregantibus se modica manu armatorum media ferme nocte sardis concessit. Inde cum audisset seleucum filium & quosdam amicorum apameam prægres sos quarta uigilia cum coniuge ac filia petit apameam. xenoni tradita custodia urbis. Ti

mone lidiæ præposito á quibus præter consensum opidanoꝝ & militum qui in arce erant legati
ad consulem missi sunt . Sub idem fere tempus & ab trallibus & ab magnesia quæ super meandrū
est & ab epheso ad dedendas urbes uenere . Reliquerat ephesum polyxenidas audita pugna
& classi usque ad pataram alicæ puectus metu stationis rhodiaꝝ classium quæ ad megisten erāt
in terram egressus cum paucis mineri pedestri syriam petit . Asiæ ciuitates in fidem consulis
ditionemq; P.R. se se tradebant . Sardibus tum consul erat . Eo & P. scipio ab elea cum primū
pari laborem uiæ uenit . Sub idem fere tempus caduceator ab antiocho per scipionem á con
sule petit impetrauitq; ut oratores mittere liceret regi . Paucos post dies zeuis qui præfectus
lidiæ fuerat & amnipater fratris filius uenerunt . Priusq; eumene conuentio quem propter uetera
certamina aduersum maxime parti credebant esse & placatiore eo sua & regis spe inuento
Tum P. scipionem & per eum consulem adierunt præbuitq; iis petentibus frequens consilio ad man
data edenda non tam quid ipsi dicamus inquit zeuis q̄ ut á uobis queramus romani quo pri
culo expiare errorem regis pacem ueniamq; impetrare auctoribus possimus . Maximo semper
animo uictis regibus populisq; ignouistis . q̄to id maiore & placatiore animo decet uos facere
in hac uictoria quæ uos dominos orbis terrarū fecit . Positis iam aduersus omnes mortales cer
taminibus haud secus q̄ decet consulere & parcere uos generi humano oportet . Iam ante q̄ legati
uenirent decretum erat quid responderetur . Respondere africanum placuit . ut in hunc mo
dum locutus refertur . Romani ex iis quæ in deum īmortalium potestate erant ea habemus
quæ dii dederunt . animos qui nostræ mentis sunt eosdem in omni fortuna gessimus gerimusq;
Neq; eos secundæ res extulerunt . nec aduersæ minuerunt . Cuius rei ut alios omittam han
nibalem uestrum testem darem nisi uos ipsos dare possem . Postq̄ traiecimus hellespontum
prius q̄ castra regia prius q̄ aciem uideremus . cum cōmunis mars & incertus belli euentus esset
de pace uobis agentibus quas pares paribus ferebamus conditiones easdem nunc uictores uictis
ferimus . Europa abstinere . Asia omni quæ eis thaurum montem est decedere . Pro impen
sis deinde in bellum factis quindecim milia talentum euboicoꝝ dabimus . Quingenta presentia .
duo milia & quingenta . cum senatus . P.q. R . pacem comprobauerit . deinde talentum p. xv.
annos . Eumeni quoq; reddi quadraginta talenta & quod frumenti reliquum ex eo quod
patri debitum est placet . Hæc cum pepigerimus facturos uos ut pro certo habeamus erit
quidem aliquod pignus si obsides .xx. nostro arbitratu dabimus . Sed nunc̄ sanc liquebit nobis
ibi pacem esse . P.R . ubi hannibal erit . Cum ante omnia deposcimus . Thoantem quoq; ætho
lum concitorem ætholici belli qui & illoꝝ fiducia uos & uestra illos in nos animum dederit . &
cum eo mantineam cum acarnana & calchidiensis philonem & eubolum . In deteriore fortuna
sua pacem facit res quia seruus fecit quam facere potuit . Si nunc moratus fuerit scitu regum
maiestatem difficilius ab summo fastigio ad medium trahi q̄ á medio ad ima precipitari . Cum
iis mandatus ab rege missi erant legati ut omnem pacis conditionem acciperent . Itaq; romā
num legatos placuit . Consul in hiberna exercitum magnesiam ad meandrum & tralles &
ephesum duxit . Ephesum ad consulem paucos post dies obsides ab rege abducti sunt . & le
gati qui romam rem uenerunt . Eumenes quoq; eodem tempore profectus est romā quo

legati regis. Secutae eos sunt legationes omnium asiae populor. Dum haec in asia geruntur duo fere sub idem tempus cum triumphis praetores de prouinciis romam redierunt. Q. mi nutius ex liguribus. M. acilius ex aetholia auditis utrisq; rebus gestis minuto negatus tri umphus. Acilio magno consensu decretus. Is quoq; triumphans de rege antiocho & aetholis ur bem est inuectus. Prelata in eo triumpho sunt signa militaria ducenta triginta. & argenti infecti tria milia pondo. Signati tetradrachmum atticum centum viginti. Tria milia cisthophorum. Ducenta quadraginta octo uasa argentea celata multaq; magniq; ponderis tulit & supellectilem regia argenteam ac uestem magnificam coronas aureas dona sociar cum tum. quadragintaquinq; spolia omnis generis. Captiuos nobiles aetholos & regios duces sex & triginta duxit. Damocritus aetholor dux paucos ante dies cum e carcere noctu effugisset in ripa tyberis consecutis custodibus prius q̃ comprehenderetur gladio se transfixit. Milites tantum qui sequerentur carrum defuerunt. Alioquin magnificus & spectaculo & fama re triumphus fuit. Huius triumphi minuit laetitiam nuntius ex hispania tristis. Aduersa pugna in uasconibus ductu L. aemilii proconsulis apud oppidum liconem cum lusitanis sex milia de exercitu romano cecidisse. Ceteros pauentes intra uallum compulsos egre castra defendisse & ad modum fugientium magnis imperiis in agrum pacatum reductos. Haec ex hispania nun tiata. Ex gallia legatos placentinor & cremonensium. L. aurunculeius praetor in senatum intro duxit. Is querentibus inopiam colonor aliis belli casibus aliis morbo absumptis quosdam redire accolar gallor reliquisse colonias. decreuit senatus ut. CN. Iulius consul si ei uideretur sex milia familiarum conscriberet quae in eas colonias diuiderentur. Et ut. L. aurunculeius praetor tri umuiros crearet ad eos colonos deducendos. Creati. M. atilius serranus. L. ualerius. P. furius flaccus. L. ualerius. CN. filius tappo. Haud ita multo post cum iam consularium comitior appe teret tempus. CN. Iulius consul ex gallia romam redit. Is non solum ex facto absente se senatus con sulto in supplementum cremonae & placentiae colonis scripsit. Sed ut nouae coloniae duae in agrũ qui bonus fuisset diuiderentur retulit & auctore eo patres censuerunt. Eodem tempore litterae L. aemilii praetoris allatae de nauali pugna ad mycalensium facta. & L. scipionem consulem in asiam exercitum traiecisse. Victoriae nauali grata in diem unum supplicatio decreta est. In alterum diẽ quod exercitus romanus cum primum in asia posuisset castra ut ea res prospera & laeta eueniret uicens maioribus hostius in singula supplicationes sacrificare consul est iussus. Inde consularia comitia magna contentione habita. M. aemilius lepidus petebat aduersa omnium fama quod prouinciam siciliam petendi causa non consulto senatus ut sibi id facere liceret reliquisset. Pete bant cum eo. M. fuluius nobilior. CN. manlius. M. ualerius messala. Fuluius consul unus crea tur cum ceteri centurias non explessent. Isq; postero die. CN. manlium lepido decreto. Nam messala tacuit collegam dixit. Praetores exinde facti duo. Q. fabi frater labeo & pretor fla men quirinalis. Eo anno inauguratus fuerat. M. sempronius tuditanus. L. postumius albinus L. plancus bebius duces. M. fuluio nobiliore &. CN. manlio uolsone consulibus ualerius annalis auctor est rumorem celebrem romae fuisse & paene pro certo habitum recipiendi scipionis ado lescentis causa consulem. L. scipionem & cum eo. P. africanum in colloquium euocatos regis

& ipſos comprehenſos eſſe. & ducibus captus confeſtim ad caſtra romana exercitum ductum. eaq; ex
pugnata & deletas omnes copias romanorum eſſe. Ob hæc ætholos ſuſtuliſſe animos. & abnuiſſe impe
ria facere principesq; eorum in macedoniam & in dardanos & in thraciam ad conducenda mer
cede auxilia profectos. Hæc qui nuntiarent romam. cn. terentium varronem & .M. clau
dium lepidum ab. cn. cornelio prætore ex ætholia miſſos. Eſſe ſubtexit deinde fabule
huic legatos ætholos in ſenatum inter cetera hoc quoq; interrogatos eſſe unde audiſſent im
peratores romanos in aſia captos ab antiocho rege & exercitum deletum eſſe. Etholos reſpon
diſſe ab iiſdem legatis ſe qui cum conſule fuerunt certiores factos. Rumoris huius qua nemi
nem alium auctorem habeo neq; affirmata res mea opinione ſit. nec pro uana prætermiſſa
Etholi legati in ſenatum introducti cum & cauſa eos ſua & fortuna hortaretur confidendo ſeu
culpæ ſeu errori ſupplices peterent. orſi a beneficiis in .P.R. & probe exprobrantes iniuriæ
ſuam in philippi bello & offenderunt animos ſolemnia ſermonis & eo uetera & obliterata re
petendo rem adduxerunt ut haud paulo plurium maleficiorum genus q̃ beneficiorum memoria
ſubiret animos patrum. & quibus miſericordia opus erat iram & odium irritarent. Interro
gati ab uno ſenatore ne permitterent arbitrium de ſe .P.R. deinde ab altero habiturine
eoſdem quos .P.R. ſocios & hoſtes eſſent nihil ad ea reſpondentes egredi templo uſſi ſunt.
Conclamatum deinde prope ab uniuerſo ſenatu eſt totos adhuc antiochi ætholos eſſe & ex
unica ea ſpe pendere animos eorum. Itaq; bellum cum haud dubiis hoſtibus gerendum perdo
mandos ferociſ animos eſſe. Illa etiam res accedit quod eo ipſo tempore quo pacem ab roma
nis petebant dolopiæ atq; athamaniæ bellum inferebant. Senatus conſultum in .M. emilii
ſententiam qui antiochum ætholoſq; denuncerat factum eſt ut ætholi eo die uiderentur pro
ficiſci ab urbe & intra quintumdecimum diem italia excedere. A. terentius varro ad cuſto
diendum uter eorum miſſus. denuntiatumq; ſi qua deinde legatio ex ætholis niſi permiſſu impe
ratoris qui eam prouinciam obtineret & cum legato romano ueniſſet romam pro hoſtibus
omnes futuros. Ita dimiſſi ætholi. De prouinciis deinde conſules retulerunt ſortiri eos
ætholiam. & qui aſiam ſortitus eſſet exercitus ei quem. L. ſcipio haberet eſt decretus.
Et in eius ſupplementum quattuor milia peditum romanorum ducenti equites & ſociorum
ac latini nominis ſex milia peditum quadringenti equites. Iis copiis bellum cum antio
cho gereret. Alteri conſuli exercitus qui erat in ætholia eſt decretus & ut in ſuppleme
tum ſcriberet permiſſum. ciuium ſociorumq; eundem numerum quem collega. Nauis quoq;
idem conſul quæ priore anno parate erant ornare uſſus ac ducere ſecum nec cum ætho
lis ſolum bellum gerere ſed etiam in cephalaniam traicere inſulam. Mandatum eidem
ut ſi p commodum .R.P. facere poſſet ut ad comitia romam ueniret. Nam preter q̃
quod magiſtratus annui ſubrogandi eſſent magiſtratus quoq; placere creari. Si qua res
eum teneret ſenatum certiorem faceret ſe ad comitiorum tempus occurrere non poſſe.
Etholia .M. fulvio aſia. cn. manlio ſorte euenit. Prætores deinde ſortiti ſunt. Sempro
nius poſtumius albinus urbanam & inter peregrinos. M. ſempronius tuditanus ſiciliam
Q. fabius pictor flamen quirinalis ſardiniam. Q. fabius labeo claſſem. L. plautius hypſeus

hiſpaniam citeriorem . L. bebuſ duieſ hiſpaniam ulteriorem . Siciliæ legio una & claſſiſ
quæ in ea p̃uincia erat decreta & ut duaſ decimaſ frumenti prætor imperaret ſiculiſ.
E aſy alteram in aſiam alteram in ætholiam mitteret . Idem ab ſardiſ exigi atq; ad eoſdē
exercituſ id frumentum ad quoſ ſiculum deportari uſſum . L. bebio ſupplementum in
hiſpaniam datum mille romani peditеſ equiteſ quinquaginta & ſex milia peditum la
tini nominiſ & ducenti equiteſ . Cum iſ ſupplementiſ ut ſingulaſ legioneſ duæ hiſpaniæ
haberent . Prioriſ anni magiſtratibuſ . cn . lelio cum ſuo exercitu prorogatum in annum
imperium eſt . Prorogatum & . P. umio prætori in ætruria cum eo exercitu qui in
prouincia eſſæ . & . M . tullio prætori in bruttiſ & apulia . Pruſq̃ in prouincia
prætoreſ eſſent certamen inter . P. licinium & maximum pontificem fuit & . q. fabium præ
torem quale patrum memoria inter . L. metellum & poſtumium albinum fuerat . Conſu
lem illum cum . cn . lutatio collega in ſicilia ad claſſem proficiſcentem ad ſacra renunciarat
metelluſ pontifex maximuſ . Prætorem hunc ne in ſardiniam proficiſcerentur . P. licinius
tenuit . Et in ſenatu & ad populum magniſ contentionibuſ certatum eſt . & imperia inhibi
ta ultro citroq; & pignera capta . & mulctæ dictæ . & tribuni appellati . & prouocatum ad
populum eſt . Religio ad poſtremum uicit ut dicto audiens eſſæ & flamen pontifici uiſſuſ
& mulctæ ex uiſſu populi remiſſæ . Ita prouinciæ ereptæ prætorem magiſtratu abdicare
ſe conantem patreſ auctoritate ſua deterruerunt . & ut uiſ inter pegrinoſ diceret decre
uerunt . Dilectibuſ deinde intra paucoſ dieſ . Neq; enim multi militeſ legendi erant .
p̃fectuſ conſuleſ prætoreſq; in prouinciaſ proficiſcuntur . Fama deinde rebuſ geſtiſ in
aſia uulgata temere ſine auctore . & poſt dieſ paucoſ nuntii certi litteræq; imperatoriſ
romam allatæ quæ non tantum gaudium ab recenti metu attulerunt deſierant enī
uictum in ætholia metuere . q̃ auerterunt famam quod ineuntibuſ id bellum grauiſ
hoſtiſ & ſuiſ uiribuſ & quod hannibalem rectorem multiæ haberet uſuſ fuerat . Nihil
tamen aut de conſule mittendo in aſiam mutandum aut minuendum euiſ copiaſ cen
ſuerunt metu ne cum galliſ foret bellandum . Haud multo poſt . M . aurelius cotta le
gatuſ ſcipioniſ cum antiochi regiſ legatiſ & eumeneſ rex rhodiq; romam uenerunt .
C otta in ſenatu primum deinde in contione uiſſu patrum quæ acta in aſia eſſent expo
ſuit . Supplicatio inde in triduum decreta eſt & quadraginta maioreſ hoſtiæ immo
lari uiſſæ . Omnium primum eumem ſenatuſ datuſ eſt . Iſ cum breuiter & egiſſet gra
tiaſ patribuſ quod obſidione ſe ac fratrem exemiſſent regnumq; ab inuriſ antiochi
uendicaſſent & gratulatuſ eſſet quod mari terraq; reſ proſpere geſſiſſent quodq; regē
antiochum fuſum fugatumq; & exutum caſtriſ pruſ europa poſt & aſia quæ cis thauri
montem eſt expuliſſent . ſua deinde merita malle eoſ ex imperatoribuſ ſuiſ legatiſq; q̃ ſe
commemorante cognoſci dixit . hæc approbantibuſ cunctiſ uicenſibuſq; dicere ipſum omiſ
ſa in id uerecundia quid ſibi ab ſenatu populoq; r. tribui æquum cenſeret propenſiuſ cumu
latuſq; ſi quo poſſit prout euiſ merita ſint ſenatum facturum . Ad ea rex ſi ab aliiſ ſibi
præmioꝝ optimo deferretur libenter data modo facultate conſulendi ſenatum romanū

consilio amplissimi ordinis usurum fuisse. nequid aut immoderate cupisse aut petisse pau modeste uideri posset. Verumuero cum ipsi dauri sint multo magis munificentiam eorum in se fratresq; suos ipsorum arbitrum debere esse. Nihil hac oratione eius p.c. deterrui sunt quo minus dicere ipsum uiderent. Et cum aliquandiu hinc indulgentia hinc modestia inter primates inuicem non magis mutua q̃ inexplicabili facilitate certatum esset eumenes templo excessit. Senatus in eadem perstare sententia ut absurdum esse diceret ignorare regem quid speraus aut petens uenerit. Quae ad commoda regno suo sint ipsum optime scire. Asiam longe melius q̃ senatum nosse. Reuocandum igitur & cogendum quae uellet quaeq; sentiret expromere. Reductus á praetore in templum rex dicere iussus. Perseuerassem inquit tacere. P.c. nisi rhodiorum legationem mox uocaturos uos scirem & illis audiendum mihi necessitatem fore dicendi. Quae quidem eo difficilior oratio erit. quidem postulata eorum futura sunt ut non solum nihil quod contra me sit sed ne quod ad ipsos quidem proprie pineat petere uideantur. Agent enim causas ciuitatum graecarum. & liberari eas dicent debere quo impetrato cui dubium est quin á uobis auersuri sint non eas modo ciuitates quae liberabuntur sed etiam uectigales stipendiariasq; uestras. Sibi autem tanto obligatos beneficio uerbo socios re uera subiectos imperio & obnoxios habituri sunt. Et si diu placet cum has tantas opes affectabunt dissimulabunt ulla parte id ad se pertinere. Vos modo id decere & conuenire esse arte factis dicent. haec nos ne decipiat oratio prouidendum uobis erit. neue non solum inaequaliter alios ciuium deprimamus ex socius uestris alios praeter modum extollamus sed etiã nequi aduersus nos arma tulerint meliore statu sint q̃ socii aut amici uestri. Quod ad me attinet in uis rebus cessisse intra finem iuris mei cuilibet uideri malim q̃ nimis pugnaciter in obtinendo eo tendisse. In certamine autem amicitiae uestrae benuolentiae erga nos honoris qui á uobis habebitur minime aequo animo uinci possum. hanc ego maximam hereditatem á patre accepi qui primus omnium asiam graeciamq; incolentium in amicitiam uenit uestram. eamq; perpetua & constanti fide ad extremum finem uitae puxit. Nec animum duntaxat uobis fidelem ac bonum praestitit. Sed omnibus interfuit bellis quae in graecia gessistis. Terrestribus naualibus omni genere cõmeatuum ita ut nemo socios uestros ulla parte aequari possit uos adiuuit. Postremo cum societatem ad uestram hortaretur ipsa contione intermouis haud multo post expiauit. huius ergo uestigia ingressus uoluntate quidem & studio in colendis uobis adiecere. Et enim insuperabilia haec erant mihi potius rebus ipsis meritisq; & impensis officiorum ut superare possem. Fortuna tempora. Antiochus & bellum in asia gestum praebuerunt materiam. Rex asiae & partis europae antiochus filiam suam in matrimonium mihi dabat. Restituebat extemplo ciuitates quae defecerant á uobis. Spem magnam in posterum ampliandi regna faciebant si secum bellum aduersus uos gessissem. Non gloriabor eo quod mihi in uos deliquerim. Illa potius quae ueustissima domus nostrae uobiscum amicitia digna sint referam Pedestribus naualibusq; copiis ut nemo socios uestros me aequiperare posset imperatores uestros adiui. commeatus terra marique suppeditaui. Naualibus praeda quae multis locis

facta sunt affiu . nec labori meo nec periculo usq; pepercı . Quod miserrimum est in bello ob
sidionem passum pergami inclusus cum discrimine ultimo simul uitæ regniq; . Libera
tus deinde obsidione cum alia parte antiochus alia seleucus circa arcem regni mei castra
haberent rebus meis tota classe ad hellespontum . L . scipioni consuli nostro occurri
ut eum in traciendo exercitu adiuuarem . Postea q̄ in asiam exercitus uester est transgressus
nunq̄ ab consule abscessi . Nemo miles romanus magis assiduus in castris fuit uestris q̄ ego fra
tresq; mei nulla expeditio nullum equestre prælium sine me factum est . In acie ibi steti . eā
partem sum nactus in qua me consul esse uoluit . Non sum hoc dicturus . P . c . quis hoc bello me
rius erga uos mecum comparari potest . Ego nulli omnium neq; populoꝝ neq; regum quos in
magno honore habeus non ausim me comparare . Massinissa hostis uobis ante q̄ socius fuit nec
incolumi regno cum auxilius suis sed exterris expulsus amissis omnibus copus cum turma eq
tum in castra confugit uestra . Tamen eum quod in africa aduersus syphacem & carthaginenses
fideliter atq; impigre uobiscum steit non in patrium solum regnum restitutus . Sed adiecta opu
lentissima parte syphacis regni præpotentem inter africæ reges fecistis . Quo tandem igitur nos
præmio atq; honore digni apud uos simus qui nunq̄ hostes semper socii fuimus ? Pater ego fra
tres mei non asia tantum sed etiam procul á domo in peloponnesso in boetia in ætholia philippi
antiochi ætholico bello terra mariq; pro uobis arma tulimus . Quid ergo postulas dicat aliquis .
Ego . P . c . quoniam dicere utiq; uolentibus uobis parendum est si uos ea mente ultra tauri iuga
antiochum emouistis ut ipsi tenerent eas terras nullos accolas nec finitimos habere q̄ uos malo .
Nec ulla re alia utilius stabiliusq; regnum meum futurum spero . Sed si uobis decedere inde atq;
deducere exercitus in animo est . neminem dignorem esse ex socius uestris qui bello á uobis pa
rata possideat q̄ me dicere ausim . At enim magnificum est liberare ciuitates seruas . Ita opi
nor si nihil hostile aduersus uos fecerunt . Sin antiochi partis fuerunt q̄to est uestra prudentia
& æquitate dignius socius benemeritis q̄ hostibus uos consulere ? Grata oratio regis patribus
fuit & facile apparebat munifice omnia & propenso animo facturos . Interposita simul neoꝝ
brevis legatio est quia non aderant quidam rhodioꝝ . collaudatis egregie simul quod om
nia ultima pati q̄ se regi tradere maluissent introducti regi sunt quoꝝ princeps legationis expo
situs inuitis amicitiæ cum P . R . meritisq; rhodioꝝ philippi prius deinde antiochi bello . Nihil im
quit nobis tota nostra actione . P . c . neq; difficilius neq; molestius est q̄ quod cum eumene nobis
disceptatio est cum quo uno maxime regum & priuatum singulis & quod nos maxime mouet
publicum ciuitatis nostræ hospitium est . Ceterum non animi nostri . P . c . nos sed reꝝ natura
quæ potentissima est disiungit ut nos liberi etiam aliorum libertatis causam agamus . Reges
seruia omnia & subiecta imperio suo esse uelint . Vtrumq; tamen res se se habet magis uerecun
dia nostra aduersus regem nobis obstat q̄ ipsa disceptatio aut nobis impedita est aut uobis per
plexam deliberationem præbitura uidetur . Nam si aliter socio atq; amico regi & benemerito
hoc ipso in bello de ciuius præmiis agitur honos haberi nullus posset nisi liberas ciuitates tra
deretis ei esset deliberatio anceps ne aut regem amicum inhonoratum dimitteretis aut dece
deretis instituto uestro . Gloriam philippi bello partam nunc seruitute tot ciuitatum defor

marenſ. Sed ab hac neceſſitate aut grauæ in amicum minuendæ aut gloriæ neſtræ egre
gie uoſ fortuna uindicat. Eſt enim deum bonitate non gloriosa magiſ q̃ dulcis uictoria
neſtra quæ uoſ facile iſto uelit ære alieno exſoluat. Nam & lýcaonia & phrýgia utrũq
& piſidia omniſ cherroneſſuſ quæq circumiacent europe in neſtra ſunt poteſtate quas
una quælibet regi adiecta multiplicare regnum eumenis poteſt. Omneſ ũ dare. maxi
miſ eum regibuſ præferre. Licet ergo uobiſ & præmiſ belli ditare ſociоſ & non decedere
inſtituto neſtro. Debeſ & meminiſſe quem titulum pretenderit iſ priuſ aduerſuſ philip
pum nunc aduerſuſ antiochum belli. Quid feceriſ philippo uicto. Quid nunc á uobiſ
non magiſ quia feciſtiſ q̃ quod uoſ facere decet deſideretur atq expectetur. Alia enim
aliſ & honeſta & probabiliſ eſt cauſa armoꝝ. Illi agrum. ú uicoſ. ú oppida. ú portuſ oraq
aliquam mariſ ut poſſideant. Voſ nec cupiſtiſ hæc ante q̃ haberenſ nec nunc cum orbiſ ter
rarum in dicione neſtra ſit cupere poteſtiſ. Pro dignitate & gloria apud omne humanũ
genuſ quod neſtrum nomen imperiumq uicta ac deoſ ĩmortaleſ iampridem intuetur
pugnatiſ. Quæ parare & quærere arduum fuit neſcio an ueri difficiliuſ ſit. Gentiſ ue
tuſtiſſimæ nobiliſſimæq uel fama rerꝝ geſtarꝝ uel cõmendatione humanitatiſ doctrina
rumq tuendam ab ſeruitio regio libertatem ſuſcepiſtiſ. hoc patrocinium receptæ in fidem
& clientelam neſtram uniuerſæ perpetuum uoſ præſtare decet quæ in ſolo modo ani
quo ſunt græciæ magiſ urbeſ ſunt q̃ coloniæ earꝝ illinc quondam profectæ in aſiam.
Nec terra mutata mutauit genuſ aut moreſ. Certare pro certamine cuiuſlibæ bonæ
artiſ ac uirtutiſ auſimuſ cum parentibuſ noſtriſ. Quæq ciuitaſ & conditoribuſ ſuiſ. Adi
ſtiſ aliæ urbeſ pleriq. niſi quod longiuſ á uobiſ abſumuſ nulla uincimur alia re. Maſ
ſilienſeſ quoſ ſi natura inſita uelut ingenio terræ uinci poſſet iampridem efferaſſent
tot indomitæ circumfuſæ genteſ in eo honore in ea merito dignitate andimuſ apud
uoſ eſſe ac ſi medium umbilicum græciæ incolerent. Non enim ſonum linguæ neſtræ
tumq modo & habitum ſed ante omnia moreſ & legeſ & ingenium ſincerum integrũq
á contagione accolarꝝ ſeruauerunt. Terminuſ eſt nunc imperii neſtri monſtraturuſ
quicquid intra eum cardinem eſt. Nihil longinquum uobiſ uideri debæ. Quo arma p
uenerunt eodem uiſ hinc profectum perueniat. Barbari quibuſ pro legibuſ ſemper domi
noꝝ imperia fuerunt quo gaudent regeſ habeant. Græci ſuam fortunam neſtroſ ani
moſ gerere domeſticiſ quondam uiribuſ etiam imperium amplectebantur. Nunc impiũ
ubi eſt ibi ut ſit perpetuum optant libertatem neſtriſ tueri armiſ ſanſ habent quoniã
ſuiſ non poſſunt. At enim quædam ciuitateſ cum antiocho ſenſerunt & aliæ priuſ cum
philippo. & cum pýrrho tarentini ne alioſ populoſ enumerem carthago libera cum ſuiſ
legibuſ eſt. huic neſtro exemplo q̃tum debeatiſ uidere. P.c. Induceriſ in animum negare
eumeneſ cupiditate quod uiſtiſſime ire neſtræ negaſtiſ. Rhodii & in omnibuſ belliſ quæ
in illa hora geſſiſtiſ qua forti fideliq opera uoſ aduuuerimuſ neſtro iudicio relinquimuſ
Nunc in pace conſilium id afferimuſ quod ſi comprobaritiſ magnificentiuſ uoſ uictoria u
ſoſ eſſe q̃ uicaſſe omneſ extimaturi ſint. Apta magnitudini romanæ oratio uiſa eſt.

Post rhodios antioch legati uocati sunt . Ii uulgato peregrinum uenam more errorem fassi regis . obtestati . P.c . ut sibi potius clementiae q̃ regis culpae qui satis superq; poenar dedissent memores consulerent . Postremo pacem datam á . L . scipione imperatore quibus legibus dedissent confirmarent auctoritate sua . Et senatus eam pacem seruandum censuit . & paucos post dies populus iussit . Foedus in capitolio cum antipatro principe legationis & eodem fratris filio regis antioch est ictum . Auditae deinde & aliae legationes ex asia sunt . Quibus omnibus datum est responsum decem legatos more maiorum senatum missurum ad res asiae disceptandas componendasq; . Summam tamen hanc fore ut ea thaurum montem quae in ditione regum antioch fines fuissent eumeni attribuerentur . praeter liciam cariamq; usque ad meandrum amnem hae ciuitates rhodiorum essent . Ceterae ciuitates asiae quae attali stipendiariae fuissent eae liberae atq; immunes essent . Decem legatos hos decreuerunt . Q. minucium rufum . L . furium purpurionem . Q. minucium thermum . Claudium neronem . CN . cornelium merulam . M . iunium brutum . L . aurunculeium . L . aemilium paulum . P. cornelium lentulum . P. clium tuberonem . Iis quae praesentis disceptationis essent de summa rei senatus constituit libera mandata . Liconiam omnem & phrygiam utramq; & misias regias siluas & lydiae ioniaeq; extra oppida quae libera fuissent quo die cum rege antiocho pugnatum est & nominatum magnesiam & asipilum & cariam quae ydrela appellatur agrumq; hydreletanum ad phrygiam uergentem & castella uicosq; ad meandrum amnem nisi quae libera ante bellum fuissent . Telmessorem nominatim & castra telmensium praeter agrum qui ptolemaei telmensi fuisset haec omnia supra sunt scripta regi eumeni ussi dari . Rhodiis licia data . extra eundem telmensium & castra telmensium & agrum qui ptolemaei telmensi fuisset . haec & ab eumene & rhodiis excepta . Ea quoq; ius pars cariae data quae propior thoro insulam transmeandrum amnem est . Oppida uici castella agri qui ad pisidiam uergunt nisi quae eo tempore oppida in libertate fuissent priusq̃ cum antiocho rege in asia pugnatum est . Pro iis cum grauate egissent rhodii de solis urbe quae in cilicia est egerunt . Argis & illos sicut sese orundos esse . ab ea germanitate fraternam sibi caritatem cum ius esse . Petere hoc extraordinarium munus ut eam ciuitatem ex seruitute regia eximerent . Vocati sunt legati regis antiochi actumq; cum iis est nequicq̃ imperatum testante foedera antipatro . aduersus quae ab rhodiis non solos sed ciliciam peti & iugatauri transcendi . Reuocatis in senatum rhodiis cum q̃to opere tenderet legatus regius exposuissent adiecerunt . si uinci eam rem ad ciuitatis suae dignitatem pertineret censerent rhodii . senatum omni modo expugnaturum pertinaciam legatorum . Tum uero impensius q̃ ante rhodii grauate egerunt . Cessuros q; se potius arrogantiae antipatri q̃ causas turbandae pacis praebituros dixerunt . Ita nihil de solis mutatum est . Per eos dies quibus haec gesta sunt legati massilienses nuntiarunt . L . bebium praetorem in prouinciam hispaniam proficiscentem ab ligaribus circumuentum magna parte comitum caesa uulneratum ipsum cum paucis sine lictoribus massiliam perfugisse & intra triduum expirasse . Senatus ea re audita decreuit uti . P. unius brutus qui propraetor in aetruria esset

prouncia exercituq; traduſ um cui uderetur ex legatuſ ipſe in ulteriorem hiſpaniam pro ficiſceretur. eaq; ea prouncia eſſæ. Hoc ſenatuſconſulto litteræ. A. ſempronio poſtumio prætori in ætruriam miſſe ſunt. profectuſq; in ætruriam eſt. P. unuſ proprætor. In qua prouncia paruſ aliquanto q̃ ſucceſſor uenire. L. æmiluſ paulus qui poſtea regem perſam magna gloria uicit cum priore anno haud proſpere rem geſſiſſæ tumultuario exercitu collecto ſignuſ collatuſ cum luſitanuſ pugnauit. Fuſi fugatiq; hoſtes. Cæſa decem otto miha armatoꝝ. triamiha trecenti capti. & caſtra expugnata. Huiuſ uictoriæ fama tranquil liores in hiſpania reſ fecit. Eodem anno ante diem tertio kalendaꝝ ianuariaꝝ Bononiã latinam coloniam ex. S. c. L. ualeriuſ flacciuſ. M. amiluſ ſerranuſ. L. ualeriuſ tappo triũ uiri deduxerunt. Tria miha hominum ſunt deducta. Equitibuſ. Lxx. iugera. ceteriſ colo niſ quinquagena ſiunt deducta. Ager captuſ de galliſ boiſ fuerat. galli tuſcoſ expulerant

Eodem anno cenſuram multi & clari uiri petierunt quæ reſ tanq̃ in ſe paꝝ magni certami niſ cauſam haberet aliam contentionem excitauit multo maiorem. Petebant. T. quin tiuſ flamininuſ. P. corneliuſ. cn. ſcipio. L. ualeriuſ flacciuſ. M. portiuſ cato. M. clauduſ gelliuſ. M. aciliuſ glabrio qui antiochum ad thermopylaſ ætholoſq; deuicerat. In hunc maxime quod multa conciliа habuerat quibuſ magnam partem hominum obligarat fauor populi ſe inclinabat. Id cum egre paterentur tot nobiles nouum ſibi hominem tan tum præferri. P. ſempronius gracchuſ &. cn. ſempronius ruſtiuſ ei diem dixerunt quod pecuniæ regiæ prædæq; aliq̃um captæ in antiochi caſtriſ neq; in triumpho tuliſſet neque in ærarium deuiliſſet. Varia teſtimonia legatoꝝ tribunoꝝq; militum erant. M. cato an te alioſ teſtes conſpiciebatur. cuiuſ auctoritatem perpetuo tempore uitæ partam toga can dida euincebat. Iſ teſtis quæ uaſa aurea atq; argentea captuſ caſtriſ inter aliam regiam præ dam uidiſſet ea in ſe in triumpho negabat uidiſſe. Poſtremo in hunc maxime inuidiam deiſtere ſe petitione gabrio dixit q̃ doquidem eam indignarentur nobiles homines ideoq; nouuſ competitor inæſtimabili pecunia inceſſeret. Centum miliũ mulcta irro gata erat. Biſ de ea certatum eſt. Tertio cum de petitione deſtitiſſæ reuſ nec populuſ de mulcta ſuffragium ferre uoluit & tribuni eo negotio deſtiterunt. Cenſoreſ. T. quintiuſ flamininuſ. M. clauduſ marcelluſ creati. Per eoſ dieſ. L. æmilio regillo qui claſſe præfectũ antiochi regiſ deuicerat extra urbem in æde apollinis cum ſenatuſ datuſ eſſet auditiſ rebuſ geſtiſ eius q̃ius cum claſſibuſ hoſtium demicaſſæ quot inde naues demerſiſſæ aut cepiſſet ma gno conſenſu patrum triumphuſ naualiſ eſt decretuſ. Triumphauit. kl. februariuſ. In eo triumpho una & quinquaginta coronæ aureæ tranſlatæ ſunt. pecunia nequaq̃ tanta pro ſpere regii triumphi. Tetracma attica ducenta. Ciſtophori trecenti. Supplicationeſ deinde fuerunt ex. S. c. quod. L. æmiluſ in grecia in hiſpania proſpere rem paulus geſſiſſet.

Haud ita multo poſt. L. ſcipio ad urbem uenit qui ne cognomini fratriſ cederet aſianum ſe appellari uoluit & in ſenatu & in contione de rebuſ abſe geſtiſ diſſerit. Erant qui fa ma id manuſ bellum q̃ difficultate rei fuiſſe interpretarentur. uno memorabili prælio de bellatum gloriamq; euiuſ uictoriæ defloratam ad thermopylaſ eſſe. Ceterum uere eam

manu ætholicum magis ad thermopylas bellum q̄ regum fuit. Quota enim parte uirium suaꝝ ibi dimicauit antiochus? In asia totius asiæ steterunt uires ab ultimi orientis omniū gentium contractis auxiliis. Merito ergo & dis immortalibus q̄us maximus poterat habi tus est honos quod ingentem victoriam facilem etiam fecissent. Imperatori triumphus est decretus. Triumphauit mense intercalario pridie. kl. martias qui triumphus spectaculo oculoꝝ maior q̄ africam fratris eius fuit recordatione rei & existimatione periculi certa minusq; non magis comparandus q̄ si impatorē impatori aut antiochum ducem hannibali conferres. Tulit in triumpho signa militaria ducenta.xxxiii. Oppidoꝝ simulachra centum triginta tria. Eburneos dentes mille ducentos triginta unum. Coronas aureas ducentas tri ginta quattuor. Argenti pondo trecenta uiginti. Tetradrachmum attici ducenta uiginti qua tuor cristophori septuaginta. Numos aureos philippeos centum quadraginta. Vasoꝝ argen teoꝝ omnia celata erant. mille pondo uiginti & quadringenta aureoꝝ pondo.xxxiii. Et du ces regii præfecti & purpurati duo & triginta ante currum ducti. Militibus quini uiceni denarii dati. Duplex centurioni. triplex equiti & stipendium militare & frumentum du plex post triumphum datum. Præda in asia facta duplex dederat. Triumphauit anno fere postq̄ consulatum habuit. Eodem fere tempore & .cn. manlius consul in asia & .q. fabius Labeo prætor ad classem uenit. Cæteꝝ consuli non deerat cum gallis belli materia. Mare pacatum erat deuicto antiocho. Cogitantiq; fabio cui rei potissimum insisteret ne ociosam prouinciam habuisse uideri posset optimum uisum est in cretam insulam traicere. Cidon iatæ bellum aduersus cortynos gnosiosq; gerebant. Et captiuoꝝ romanoꝝ atq; italici gene ris magnus numerus in seruitute esse p totam insulam dicebatur. Classe ab epheso profectus cum primum cretæ litus attigit nuntios circa cuntates misit ut armis absisterent cap tiuosq; in suis quemq; urbibus agrisq; conquisitos reducerent & legatos mitterent ad se cum quibus de rebus ad cretenses pariter romanosq; pertinentibus ageret. Nihil magnopere ea cretenses mouerunt. Captiuos præter cortynios nulli reddiderunt. Valerius annalis ad quattuor milia captiuoꝝ qui a belli minas emiserunt ex tota insula redditos scripsit. Eamq; causam fabio cum rem nullam aliam gessisset triumphi nauales impetrandi ab senatu fuisse

H ac ephesum fabius redit. Inde tribus nauibus in thraciæ oram missis ab eno & maronia præ sidia antiochi deduci iussit ut in libertate eæ cuntates essent.

.T.LIVII PATAVINI HISTORIARV̄ AB VR. CO̅. LIBER. XXXVIII. INCIPIT FELICITER.

QVM IN ASIA BELLVM GERITVR NE IN ETHOLIA QVIDEM quietæ res fuerant. Principio á gente athamanum orto athamania ea tē pestate pulsa aminandro sub præfectis philippi regio tenebatur præsidio. qui superbo atq; immodico imperio desiderium aminandri fecerant. Exu lantium aminandro in ætholia literis suoꝝ indicantium statum atha maniæ spes recuperandi regni facta est. Remissiq; ab eo nuntiant prin cipibus argithea. id enim caput athamaniæ erat si populorum animos sanis perfectos ha



77

beret impetrato ab ætholis auxilio in athamaniam se uenturum . Delectis quod consilium esset
genuis & micandro prætore quos ubi ad omnia paratiores esse audit cruores subinde facit q̃
die cum exercitu athamaniam ingressurus esset . Quatuor primo fuere conatus aduersus
macedonum præsidium . Ii senes aduratores ad rem gerendam assumpserunt . Dein pau
citate parium freti quæ celandæ rei q̃ agendæ aptior erat parem priori numerꝝ adiece
runt . Ita duo & quinquaginta facti quadrifariam se diuiserunt . Pars una heracleam altera
tetraphiliam petit ubi custodia regiæ pecuniæ esse solita erat . Terna theodoriam quar
ta argitheam . Ita inter omnes conuenit ut prima quiete uelut ad priuatam rem agen
dam uenissent in foro obuersarentur . die certa multitudinem omnes conuocarent ad
præsidia macedonum arcibus expellenda . Vbi ea dies aduenit & aminander cum mille
ætholis in finibus fuerat . expulsis quattuor simul locis præsidia macedonum expulsa lit
teræq in alias urbes passim dimissæ ut uindicarent se se ab imperio dominatione philippi
Et restituerunt aminandrum in patriam ac legitimum regnum . Vndiq macedones expel
luntur . Thelum oppidum literis á xenone præfecto præsidii interceptis & arce abregis occu
pata paucos dies obsidentibus restitit . Deinde id quoq tradituꝝ aminandro est & omnis atha
mania in potestate erat præter atheneum castellum finibus macedoniæ subiectum . Philip
pus audita defectione athamaniæ cum sex milibus armatoꝝ profectus ingenti celeritate
gomphos peruenit . Ibi relicta maiore parte exercitus neq enim ad tanta munera sufficerent
cum duobus milibus atheneum quod unum á præsidio suo retentum fuerat peruenit . Inde
proximis tentatis cum facile animaduertisset cætera hostilia esse gomphos regressus omni
bus copiis simul in athamaniam redit . Xenonem inde cum mille peditibus præmissum eo
pam occupare uibæ oportune argithee imminentem . Quem ubi teneri ab suis locum uidit
ipse circa templum iouis sacra posuit castra . Ibi unum diem fæda tempestate retentus po
stero die ducere ad argitheam intendit . Eumbis extemplo apparuere athamanes in tu
mulos imminentis uie discurrentes ad quoꝝ conspectum constitere prima signa . Totoq ag
mine pauor & trepidatio erat . & pro se quisq quidnam futurum esset cogitare si inual
les subiectas rupibus agmen foret dimissum . hæc tumultuario regem cupientem si se seque
rentur raptum euadere angustias reuocare primos & eadem qua uenerat qua referre coe
git signa . athamanes primo ex interuallo quieti sequebantur . Postq ætholis se conun
xere hos ut abtergo agmini instarent reliquerunt . ipsi ablateribus se circumfuderunt
Quidam per notas calles breuiore uia pregressi transitum insedere . tãtumq tumultus
macedonibus est iniectum ut fugæ magis effusæ q̃ ueteris ordinati modo multis armis
uirisq relictis flumen traiecerunt . hic finis sequendi fuit . Inde uicto macedones gom
phos & á gomphis in macedoniam redierant . Athamanes ætholiq eopam ad xenonem ac
mille macedonas opprimendos undiq concurrerunt . Macedones pauꝝ loco freti ab eopa
in altiorem deruptionemq undiq tumulum concessere . quo pluribus ex locis aditu inuen
to expulere eos athamanes . Dispersos & per inuias atq ignotas rupes uter fugæ non ex
pedientes partim ceperunt partim interfecerunt . Multi pauore inderupta præcipitati per

pauca cum xenone ad regem euaserunt. Postea per indutias sepeliendi cesos potestas facta est.
Aminander recuperato regno legatos & romam ad senatum & ad scipiones in asiam ephesi post
magnum cum antiocho prelium morantes misit. Pacem petebat. excusabat se se quod per
ætholos recuperasset paternum regnum philippum incusabat. Etholi ex athamania in am
philocos profecti sunt & maioris partis uoluntate in ius ditionemq; totam redegerunt
gentem. Amphilocia recepta. nam fuerat quondam ætholoꝝ. inde aparamiam eadem spe
transcenderunt. Eaquoq; sine magno certamine in ditionem uenit. Dolopes nunq̃ ætho
loꝝ fuerant philippi erant. Ii primo ad arma concurrerunt. Ceteꝝ postq̃ amphilocos cũ
ætholis esse fugamq; ex athamania philippi & cedem præsidii eius accepere & ipsi á philippo
ad ætholos deficiunt. quibus circumdatis gentibus iam undiq; se á macedonibus ũ totos credentibus
esse fama affertur antiochum in asia uictum ab romanis. nec ita multo post legatos ab roma
redire sine spe pacis. fuluiumq; consulem nuntiantes cum exercitu iam traiecisse. Ii terrti
priusq; ab rhodo & athenis legationibus excussi ut per auctoritatem illaꝝ ciuitatum suæ præces
nuper repudiatæ faciliorem aditum ad senatum haberent. Principes gentis ad tentandam
spem ultimam romam miserunt nihil ne bellum haberent prius q̃ pene in conspectu hostis erat
premeditari. Iam .M. fuluius apolloniam exercitu traiecto cum epiroteꝝ principibus consul
tabat unde bellum inciperet. Epirotis ambraciam placebat aggredi quæ tum contribuerat
se ætholis. Siue ad uiendam eam uenirent ætholi apertos circa campos ad dimicandum esse.
Siue detractarent certamen oppugnationem fore haud difficilem. Nam & copiam in propinquo
materiæ ad aggeres excitandos & cetera opera esse. & arethontem nauigabilem amnem opor
tunum ad comportanda quæ usui sunt præter ipsa mœnia fluentem & æstatem aptam rei
gerendæ adesse. Iis persuaserunt ut p epirum duceret consul ad ambraciam. Aduentu
magni operis oppugnatio usa est. Ambracia tumulo aspero subiecta est. quem incolæ
uocant. Urbis qua minus uergit in campos & flumen occidentem. Arx quæ posita in tu
mulo est orientem spectat. Amnis arethon ex athamania fluens cadit in sinum maris
ab nomine propinquæ urbis ambracium appellatum præter q̃ quod hinc amnis munit
hinc tumuli muro quoq; firmo septa erat patente in circuitu paulo amplius tribus milibus
passuum. Fuluius bina á campo castra modico inter se distantia internallo. unum castellũ
loco edito contra arcem obiecit. Ea omnia uallo ac fossa iungere parat neq; eruptionis inclusis
ab urbe neue aditus foris ad auxilia intromittenda essẽt. Ad famam oppugnationis am
braciæ stratum iam edicto nicandri prætoris conuenerant ætholi. Inde primo omnibus
copiis ad prohibendam obsidionem uenire in animo fuerat. Dein postq̃ urbem magna ex
parte operibus septam uiderunt epiroteꝝ trans flumen loco plano castra posita esse. diui
dere copias placuit. Cum mille expeditis cupolemius ambraciam profectus per nondum
commissa inter se munimenta urbem intrauit. Nicandro cum ceteris primo epirotarum
castra nocte aggredi consilium fuerat. haud facili ab romanis auxilio quia flumen inter
erat. Dein periculosum ceptum ratus ne qua sentirent romani & regressus unde in totto nõ
esset deterritus ab hoc consilio ad depopulandam attaniam iter conuertit. Consul iam mu

mentis quibus faciendā urbis erat iam operibus quæ admouere muris parabat perfectis qnq;
simul locis mœnia est aggressus. Tria paribus internallis faciliora aditu á campo aduersus plinneū
quod uocant admouit. Vnum aduersus arcem arietibus muros capiebat. Asseribus falcatis deter
gebat pinnas. Oppidanos primo & ad speciem & ad ictus mœnium cum terribili sonitu editus
pauor ac trepidatio cepit. Deinde ut preter spem stare muros uiderunt collectis rursus animis
in arietes colle nombus libramenta plumbi aut saxoꝝ stipites robustos incutiebant. Falces ancho
ris ferreis mœchis in interiorem partem murum trahentes asseren prefringebant. Adhoc eruptio
nibus nocturnis in custodias operum & diurnis in stationes rapto terrorem inferebant. In hoc
a populatōe statu res ad ambracham cum essent iam ætholi appellatione acarnanię stratum redierant.
Inde mcander spem nactus soluendæ incepto forti obsidionis mcodamum quendam cum æthō
lis quingentis ambrachiam intromittit. Noctem certam tempusq; etiam nocti constituit
quo & illi ab urbe opera hostium quæ aduersus plinneum erant aggrederentur & ipse ad ca
stra romana tenorem faceret posse ratus ancipiti tumultu & nocte augente pauorem me
morabilem rem gerit. Et mcodamus intempesta nocte cum alias custodias fefellisset per alias
impetu constanti erupisse superato bracchio in urbem penetrat. Animiq; aliquantum ad om
nia audenda & spei obsessis adiecit & simul constituta uox uenit. Et compositio repente opera
est aggressus. Id cepium conatu q̄ effectu grauius fuit quia nulla ab exteriore parte uis admota
est seu metu deterrito prætore ætholoꝝ seu quia potius uisum est amphilochis nuper recepti fer
re opem quos pseus philippi filius missus ad dolopiam amphilocosq; recipiendos summa ui oppu
gnabat. Tribus locis sicut ante dictum est ad plinneum opera romana erant. Quæq; omnia simul
sęc nec apparatu nec ui simili ætholi aggressi sunt. Alii cum ardentibus facibus. alii stuppam piceq
& malleolos ferentes tota collucente flammis acie aduenere. Multos primo impetu custodes oppr
esserunt. Dein postq̄ clamor tumultusq; in castra est perlatus datumq; á consule signum arma ca
piunt. Et omnibus portis ad opem ferendam effundumtur. Vno in loco ferro igniq; gesta res.
Ab duobus irrito incepto cum temassent magis q̄ inissent certamen ætholi abscesserunt. Atrox
pugna in unum inclinauerat locum. Ibi diuersis partibus duo duces eupolemus & mcodamus
pugnantes hortabantur. & prope certa fouebant spe. Iam mcandrum ex composito affore &
terga hostium inuasurum. Hec res aliq̄diu animos pugnantium sustinuit. Ceterum postq̄ nullū
ex composito signum á suis accipiebant & crescere numerum hostium cernebant destitum segnius
instare. Postremo re omissa iam uix uno receptu fugientes in urbem compellumtur parte operis
incensa & pluribus aliq̄to q̄ ipsi ceciderant interfectis. Quod si ex proposito acta res fuisset ha
ud dubium erat oppugnari una uniq; parte opera cum magna cede hostium potuisse. Ambra
cienses quiq; intus erant ætholi non ab euis solum noctis incepto recessere. sed in reliquum quoq;
tempus uelut proditi á suis segniores ad pericula erant. Iam nemo eruptionibus ut ante in
stationes hostium sed disposito p muros & turres ex tuto pugnabant. Perseus ubi adesse ætho
los audiuit omissa obsidione urbis quam oppugnabant depopulatus tantum agros amphilo
chiam redit & ætholos inde aduocauit populato maritimæ oræ. Pleuratus illyriorum rex cū
lx. lembis corynthium sinum inuectus achæorum quæ partes erant nauibus maritima ætholiæ

uastabant aduersus quos mille aetholi missi quacunq; se classis circumegerat per lutos amphractus breuioribus semitis occurrebant. Et romani ad ambrachiam plurimis locis quatiendo arietibus mu ros aliquantum urbis nudauerant. Nec tamen penetrare in urbem poterant. Nam & pars cae ruratae nouum pro diruto obiciebatur muro. Et armati ruinis superstantes instar munimenti erant. Itaq; cum aperta ui parum procederet consilii res cuniculum occultum uineis ante collecto loco agere instituit. Et aliquandiu cum dies noctesq; in opere essent non solum sub terra fodientes sed egerentes etiam humum fefellere hostem. Tumulus repente terra eminens index operis oppidanis fuit. pauidiq; ne iam subruti muris facta in urbem ua esset fossam intra murum é regione eius operis quod uineis contectum erat ducere instituunt. cuius ubi ad tantam altitudinē quae esse solum infimum cuniculi poterat peruenerunt. Silentio facto pluribus locis aure ad mota sonitum fodientium captabant quem ubi acceperunt aperiunt rectam in cuniculum uiam Nec fuit magni operis. momento enim ad manem suspenso furculis ab hostibus muro peruenerunt In commissis operibus cum é fossa in cuniculum pateret uter primo ipsis ferramenti quibus in opere usi erant dein celeriter armati etiam subeuntes occultam sub terram ediderunt pugnam. Se gnior deinde facta ea est intersepientibus cuniculum ubi uellent. nūc alius praerepti nunc fori bus raptum obiectis. Noua etiam haud magni operis aduersus eos qui in cuniculo erant excogitata res. Dolium á fundo prusum qua fistula modica inseri posset & ferream fistulam operculum q' dolium ferreum & ipsum pluribus locis perforatum fecerunt. hoc tenui pluma completum dolū ore in cuniculum uerso posuerunt p operculi foramina prelongae hastae quas sarissas uocant ad sū mouendos hostes emittebant. Scintillam leuem ignis indictam plumae folle fabrili ad caput fi stulae imposito flando accenderunt. Inde non solum magna uis fumi sed acrior etiam fedo quodam odore ex adusta pluma cum totum cuniculum compleisset uix durare quisq; poterat.

Cum in hoc statu ad ambrachiam res esset legati ab aetholis pheneas & damoteles cum liberis man dati decreto gentis ad consulem uenerunt. Nam praetor eor, cum alia parte ambrachiam op pugnari cerneret alia infestam oram nauibus hostium esse alia amphilochos dolopiam á macedo nibus uastari nec aetholos ad tria simul diuersa bella occursantes sufficere conuocato consilio aetho los principes quid agendum esset consulunt. Omnium eo sententiae decurrerunt ut pax si posset aequis fieri minus tolerandis conditionibus peteretur. Antiochi fiducia bellum susceptum. Antiocho terra mariq; superato & prope extra orbem terrae ultra uiga thauri exacto quam spem esse susti nendi belli pheneas & damotheles quod aere aetholo, ut in tali casu fidei sua esse censerent age rent? Quod enim sibi consilium aut cuius rei electionem á fortuna relictam? Cum ui mandati missi orare consulem ut miseretur gentis quondam sociae. Nolle dicere iniuriis miseriam cer te coacte insanire. Non plus mali meritos aetholos antiochi bello q' bono ante cum aduersus philip pum bellatum sit fecisse. Nec tum large gratiam relatam sibi. Nec nunc immodice penam iniungi debere. Ad ea consul respondit magis saepe q' uere unq' aetholos pacem petere. Iniu rentur antiochum iperenda pace quem in bellum traxissent. Non paucis urbibus cum de quar libertate certatum sit sed omni asia cis thauri monte optimo regno excessisse. Aetholos nisi inermes de pace agentes non auditurum se. Arma illis prius equosq; omnes tradendos esse dein

talentum argenti populo romano dandum cuius summæ dimidium presens numeretur . Si pacem habere uellent ad ea adiecturum etiam ut eosdem quos . P. R . amicos atq; hostes habeant . Aduersus quæ legati & quia grauia erant & quia suos animos indomitos ac mitabiles nouerant nullo reddito responso domum regressi sunt . Clamore & murmure exceptu remitti herent qualemcumq; pacem referre ausi . Cum redirent ambraciam acarnanum insidiis prope uiam positis cum quibus bellum erat circumuenti turbem custodiendi deducuntur . hæc mora mœsta est paci cum iam atheniensium rhodiorumq; legati qui ad deprecandum pro iis uenerant apud consulem essent . Aminander quoq; athamanum rex fide recepta uenerat in castra romana magis pro ambracha ubi maiorem partem temporis exulauerat q̃ pro æthol solicitus . Perhos cernor factus consul de casu legatorum adduci eos á thureo iussit quorum post aduentum agi cœptum est de pace . Aminander quod sui maxime operis erat impigre agebat ut ambracienses compelleret ad dedicionem . Id cum p colloquia principum succedens muꝝ parum proficeret postremo consulis pmissu ingressus urbem parum consilio parum præcibus euicit ut permitterent se romanis . Et æthol . cn . ualerius leuini filius qui cum ea gente primum amicitiam pepigerat consulis frater matre eadem genitus egregie adiuuit . Ambracienses pruis pacti ut ætholis auxiliares sine fraude emitterent aperuerunt portas . Deinde quingenta euboica ut darent talenta ex quibus præsentia ducenta . trecenta per annos sex pensionibus soluis . Captiuos perfugasq; redderent romanis urbem nequam formulæ sui uris facerent quæ post id tempus quo . T. quintius traiecisset in græciam aut ui capta ab romanis essẽt aut uoluntate in amicitiam uenissẽt . Cephalania insula ut extra uis federis essẽt . hæc quamq̃ spe ipsorum aliquanto leuiora fuissent perennibus ætholis ut ad concilium referrent permissum est . Parua discepiano de urbibus tenuit quæ cum sui uris aliquando fuissent auelli uelut á corpore suo egre patiebantur . Ad unum omnes tamen accipi pacem iusserunt . Ambracienses coronam auream consuli . centum & quinquaginta pondo dederunt . Signa ænea marmorea q & tabulæ pictæ quibus ornatior ambracia quia regia ibi pyrrhi fuerat q̃ cæteræ regionis eius urbes erat sublata omnia aduectaq; . Nihil prætereа tactum uiolatum ue . profectus ab ambracia consul in mediterranea ætholiæ ad agros amphilochium uiginti duo milia ab ambracia est castra posuit . Eo tandem legati ætholi morante consule quod morarentur uenerunt . Inde postq̃ approbasse pacem concilium ætholorum accepit iussis proficisci romam ad senatum pmissoq; ut & rhodii & athenienses deprecatores irent dato qui simul cum eis proficiscerentur . cn . ualerio fratre ipse in cephalaniam decessit .

Præoccupatas aures animosq; principum romæ criminibus philippi inuenerunt . qui p legatos p lituras dolopas amphilochosq; & athamania erepta sibi querens præsidia q̃ sua . Postremo filium etiam psea ex amphilocis pulsum euerterat senatum ab audiendis præcibus eorum . Rhodii tamen & athenienses cum silentio auditi sunt . Atheniensis legatus lecchiæ filius eloquẽtia etiam dicitur monuisse . Qui uulgata similitudine mari tranquillo quod uentis concitaretur æquiperando multitudinem ætholorum usus cum in fide romanæ societatis mansissent insita gentis tranquillitate . Qui contra eos aiebat postq̃ flare asia thoas & dicearchus ab europa mene

ſtas & damocritus cepiſſent. cum illa tempeſtate coorta quæ apud antiochum eos ſicut ſcopulum uitauiſſe & diu iactam ætholi. Tandem ut ad conditiones pacis conuenirent effecerunt. Fuerunt autem hæ. Imperium maieſtatemq. P.R. gens ætholoꝝ conſeruato ſine dolo malo. Nequem exercitum qui aduerſus ſocios amicoſq eoꝝ ducetur per fineſ ſuos tranſire ſinito. neue opem ullam uitato. hoſtes eoſdem habeto. quos. P.R. armaq in eos ferto. bellumq pariter gerito. Perfugas fugitiuos captiuos reddito romanis ſociſq. præterq ſi qui capti cum domo reduſſent uerum capti ſunt. Aut ſiqui eo tempore exciſi capti ſunt qui tum hoſtes erant romanis cum intra præſidia romana ætholi eſſent. Aliosꝝ qui comparebunt intra diem certum corcyram eoꝝ magiſtratibus ſine dolo malo tradantur. qui non comparebunt quando quiſq eoꝝ primus inuentus fuerit reddatur. Obſides quadraginta arbitratu conſulis romani dato ne minores duodecim annoꝝ neu maiores quadraginta. Obſes ne eſto prætor præfectus equitum ſcriba publicus neu qs qui ante obſes fuerit apud romanos cephalania extra pacis legis eſto. De pecuniæ ſumma quam penderent penſionibuſq eius nihil ex eo quod cum conſule conuenerant mutatum. Pro argento ſi aurum dare mallent dare conuenit dum pro decem argenteis aureus unus ualeret. Quæ urbes. qui agri. qui homines ætholoꝝ uiri aliquando fuerunt. Qui eoꝝ. T. quintius. cn. domito conſule poſtue eos conſules aut armis ſubacti aut uoluntate in deditionem. P.R. uenerunt. Neq eoꝝ quæ ætholi recepiſſent uel in ætholia urbes agroſq acarnanum ſumpto. Iis legibus fœdus ictum cum ætholis. Eadem non æſtate ſolum ſed etiam iisdem diebus quibus hæc á. M. fuluio conſule in ætholia geſta ſunt conſul alter. cn. manlius in gallograecia bellum geſſit. quod nunc ordiar pergam. Vere primo epheſum conſul uenit acceptuſq copias ab. L. ſcipione & exercitum luſtrato contionem apud milites habuit. Qua collaudata uirtute eoꝝ qd cum antiocho uno prælio debellaſſent ad hortatus eos nouum bellum cum gallis ſuſcipiendum qui & auxilio uitaſſent antiochum & ante indomita haberent ingenia ut nequicq antiochus emotus ultra iuga thauri montis eſſet niſi frangerentur opes galloꝝ. De ſe quoq nec falſa nec immodica adiecit. Leui militem cum frequenti aſſenſu conſulem audiuerunt partem uirtutis antiochi fuiſſe græcos credentes rege ſuperato nullum momentum in ſolis per ſe galloꝝ copias fore. Eumenem haud intempeſtiue abeſſe. romæ tum erat credere conſul gnaꝝ. locoꝝ hominumq & cuius intereſt frangi galloꝝ opes. Attalum igitur fratrem eius accerſit á pergamo. hortatuſq ad capeſſendum ſecum bellum pollicentem ſuaꝝ ſuoꝝq operam domum ad comparandum dimittit. Paucos poſt dies profecto epheſum conſuli ad magneſiam occurrit attalus cum mille peditibus equitibus ducentis. Atheneo fratre miſſo cum ceteris copias ſubſequi cōmendata uis cuſtodia pergami quos fratri regnoq fidos credebat. Conſul collaudato iuuene cum omnibus copias ad meandrum progreſſus caſtra poſuit quando ſuperari amnis non poterat & contrahendæ naues erant ad exercitum traiciendum. Tranſgreſſi meandrum ad comen peruenerunt. Fanum ibi auguſtum apollinis ſunt. & ora deum ueribus haud incondite dare uates diſcuntur. hinc alteris caſtris ad harpaſum flumen uentum eſt. quo legati ab alabandis uenerunt quod caſtellum ab ipſis nuper deſiſſet aut auctoritate aut armis cogeret uetera antiqua patet. Eodem & atheneus eumenis & attali frater cum cretenſe lenſo & corrago

macedone uenit. Mille pedites mixtaq; gentium & trecentos equites secum adduxerunt
Consul tribuno militum misso cum modica manu castellum ure captum alabandensibus red
didit. Ipse nihilum degressus ad amiochiam sup meandrum amnem posuit castra. huius
amnis fontes celenis oriuntur. Celena urbs caput quondam phrygie fuit. Migratum
inde haud procul ueteribus colonis nouaq; urbi apanna nomen indictum ab apamia so
rore seleuci regis. Et marsias amnis haud procul a meandri fontibus oriens in menand
rum cadit. Famaq; ita tenet celenis marsiam cum apolline tibiaq; cantu certasse. Mean
der ex arce summa celeatrum ortus media urbe decurrens per carras primum deinde io
nas in sinu maris editur quod inter priennem & miletum est. Ad antiochiam in castra
consulis seleucus antiochi filius ex federe icto cum scipione ad frumentum exercitui dandū
uenit. Parua disceptatio de attali auxiliaribus orta est. quod romano tantum milia pactū
antiochum ut darentur frumentum seleucus dicebat. Decussa ea quoq; est constantia consulis
qui dimisso tribuno edixit ne romani milites acciperent prius q̄ attali auxilia accepissent
Inde ad cordiacos quos uocant processum est. Ex eo loco ad tabas terrus castris peruentum.
In finibus pisidiae posita urbs est in ea parte quae uergit ad pamphilium mare. Integris
urbibus regionis eius ferocis ad bellandum habebat uiros. Tum quoq; equites in agrum romani
eruptione facta haud modico primo impetu turbauere. Deinde ut apparuit nec numero se
nec uirtute pares esse in urbem compulsi ueniam erroris petebant. Dedere urbem pacati. quinq;
& uiginti talenta argenti & decem milia & tritici imperata. Ita in deditionem accepta. Ter
tio inde die ad caluamenem peruentum. Inde profecti eriza urbem primo impetu ceperūt
Ad tabusion castellum imminens flumini indo uentum est. cui fecerat nomen indus ab depasto
derectus. haud procul a cybira aberant nec legatio ulla a meagete tyranno ciuitatis eius homi
ne ad omnia infido atq; importuno ueniebat. Ad tentandum eius animum. cccl. militum
cum quattuor milibus peditum & quingentis equitibus consul premittit. huic agmini iam
primis ingredientibus occurrerunt nuntiantes paratum esse tyrannum imperata facere
orabant ut pacatis fines iniret prohibereturq; a populatione agri militem. & in corona au
rea quindecim talenta afferebant. Militis integros a populatione agros seruaturum pol
licitus ire ad consulem legatos iussit. Quibus eadem referentibus consul neq; romani unq;
bone uoluntatis ullum signum erga nos tyranni habemus. & ipsum talem esse inter
omnes constat ut de pena eius magis q̄ de amicitia nobis cogitandum sit. Perturbat hac uo
ce legati nihil aliud petere q̄ ut coronam acciperet ueniendiq; ad eum tyranno potestatem
ac copiam loquendi ac purgandi se faceret. Permissu consulis postero die in castra tyranni ue
nit uestitus comitatusq; uix ad priuati modice locupletis habitum. & oratio fuit submissa
& infracta extenuantis opes suas urbiumq; suae dictionis egestatem querentis. Erant
autem sub eo praeter cybera mulleum & allimnem quae appellatur. Ex iis ut se suosq; spoli
aret. quinq; & xx. talenta se collecturum prope ut diffidens pollicebatur. Enimuero in
quit consul ferri iam ludificatio ista non potest. parum est non erubuisse absentes cum per
legatos frustrareris nunc presens in eadem quoq; perstas impudentia. Quinq; & uiginti talenta

tyrannidem uiam exhaurient. Quingenta ergo talenta nisi triduo numeras populationem in agris obsidionem in urbem expecta. Hac denuntiatione conterritus pstare tantum in pertinaci simulatione inopiæ & paulatim in liberali adiectione nunc p cauillationem nunc precibus & simulatis lacrimis ad centum talenta est pductus. A diecta decem milia edumnum frumenti. hæc omnia intra se acta. A cibira per agros idensium exercitus ductus. transgressusq; caularem amnem posuit castra. Postero die & præter carallitem paludē agmen ductum ad mandamprium manserunt. Inde progredientibus ab lago proxima urbe metu incolæ fugerunt. Vacuum omnibus oppidum diripuerunt. Inde ab lysis flumnis fonte postero die ad cobulatum amnem progressit. Elmensis eo tempore ysiondem arcem urbe capta oppugnabant. Inclusi cum alia spes auxilii nulla esset legatos ad consulem oran tes opem miserunt. Cum coniugibus ac liberis in arcem inclusos se mortem in dies aut ferro aut fame patiendam expectare. Volenti consuli causa in pamphiliam reuertendi oblata est. Aduenienti obsidione ysiodensis exemit. Telmesso pacem dedit quinquaginta talentis argenteis. Item aspendis cæterisq; pamphiliæ populis ex pamphilia redienti ad fluuium thaurum primo die. postero ad silenen quam uocant comen posuit castra. Profectus inde continentibus uineis ad cormasam urbem peruenit. Darsa proxima urbi erat. eam mœnia incolis desertam plenam omnium rerū copia inuenit. Progredienti præter paludes legati ab lysince dedentes ciuitatem uenerunt. Inde in agrum agallasenum uberem fertilemq; omni genere frugum uentum est. Colunt ipsi de longe optimi bello regionis eius. Tum ea res animos facit. Tum agri fecunditas & multitudo hominum & situs inter paucas munitas urbes. Consul quia nulla legatio ad finem præsto fuerat prædatum in agros misit. Tum demū fracta pertinacia est ut ferri agiq; res suas uiderunt. legatis missis pacti quinquaginta talenta & .xx. milibus medimnum tritici .xx. hordei pacem impetrauerunt. Pregressus inde ad rhotinos fontes ad uicum quem aporidos comen uocant posuit castra. Eo seleucus ab apamea postero die uenit. Egros inde & cum inutilia impedimenta cum apamea dimissa ducibus uineis ab seleuco acceptis profectus eo die in metropolitanum campum postero die dymas phrygiæ processit. Inde synada uenit metu omnibus circa oppidis desertis quorū præda iam graue agmen trahens uix quinq milium die toto uinere perfecto ad beundis quod uetus appellant puenit. Ad amnibura inde & altero die ad alexandri fontes tertio ad abbasum posuit castra. Ibi plures dies statiua habuit quia peruentum erat ad tolostobolos. Galli magna hominum uis seu inopia agri seu prædæ spe nullam gentem p quam ituri essent parem armis rati brenno duce in dardanos pueuerunt. Ibi seditio orta & ad .xx. milia hominum cum louorio ac lutario regulis secessione facta ab brenno in thraciam uerterunt. Vbi cum residentibus pugnando pacem petentibus stipendium imponendo bizantium cum pueuissent aliq̄ diu oram propontidis uectigales habendo regionis eius urbes obtinuerunt. Cupido inde eos in asiam transeundi audientes ex propinquo quanta uberitas eius terræ esset cæpit. Et lysimachia fraude capta cherronesoq; omnis armis possessa ad hellespontum descenderunt. Ibi uero exiguo diuisi freto cernentibus asiam multomagis

animi ad transeundum accensi . nuntiosq; ad antipatrum præfectum eius orę de transitu mit
tebant . quæ res cum lentius spe ipsoꝝ trahereꝫ alia rursus noua inter reguloſ seditio orta
est . Lonorius retro unde uenerat cum maiore parte hominum repetit byzantium . Lutа
rius macedonibus ꝑ speciem legationis ab antipatro ad speculandum missis duas rectas naues
& tris lemboſ adimit . Iis alios atq; alios dies noctesq; transuehendo intra pancos dies omnes
copias traiecit . haud ita multo post Lonorius aduersante nicomede bithynię rege á byzan
tio transmissit . Coeunt deinde in unum galli & auxilia nicomedi dant aduersus caboeam
partem tenentem bithyniæ gerenti bellum atq; eoꝝ maxime opera deiectus caboea est . bithy
niaq; omnis in dicione nicomedis decessit . Profecti ex bithynia in asiam processerunt . non
plus ex .xx. milibus hominum q̄ decem armata erant . Tamen tantum terroris omnibus
quæ cis thaurum incolunt gentibus iniecerunt ut quas adissent quasq; non adissent pari
ter ultimæ propinquis imperio parerent . Postremo cum tres essent gentes . Tolostobogii .
trecmi . Tectosagii . in tres partes quam cuiq; populoꝝ suoꝝ uectigalis asia esset diuiserunt .
Trecmis helleſponti ora data . Tolostobogii eolida atq; ionia . Tectosages mediterranea asię
sortiti sunt . & stipendium tota cis thaurum asia exigebant . Sedem autem ipsi sibi circa ha
lyn flumen ceperunt . tantusq; terror eoꝝ nominis erat multitudine & magna sobole au
cta ut syriæ quoq; ad postremum reges stipendium dare non abnuerent . Primus asiam
incolentium abnuit attalus pater regis eumenis . Audaciq; incepto præter opinionem affuit
fortuna & signis collatis superior fuit . non tamen ita infregit animos eoꝝ ut absisterent im
perio . Demopheſusq; ad bellum antiochi cum romanis manserunt . Eum quoq; pulso anti
ocho magnam spem habuerunt quia procul mari incolerent romanum exercitum ad se nō
peruentuꝝ . Cum hoc hoste tam terribili omnibus regionis eius qua bellum gerendum erat
præconione milites in hunc maxime modum allocutus est consul . Non me præterit mi
lites omnium quæ asiam incolunt gentium gallos fama belli præstare . Inter mitissimū
genus hominum ferox natio peruocata bello prope orbem terraꝝ sedem cepit . Procera
corpora promissæ & rutilatæ comæ uasta scuta prælongi gladii . Adhoc cantus inchoan
tium prælium ululatus & tripudia & quatientium scuta in patrium quendam modum
horrendus armoꝝ crepitus . Omnia de industria composita ad terrorem . Sed hæc quibus
insolita atq; insuета sunt græci & phrygeſ & cares timeant . Romanis gallici tumultus
assueus etiam uanitates notæ sunt . Semel primo congressu ad alliaſ olim fuderunt ma
iores nostros . Ex eo tempore preducentos iam annos pecoꝝ in modum consternatos cedit
fugantq; . & plures prope de gallis triumphi q̄ de toto orbe terraꝝ acti sunt . Iam hoc cogni
tum est si primum impetum quem feruido ingenio & ceca ira effundunt sustinueris flu
unt sudore & lassitudine membra labant . arma mollia corpora . molles ubi ira consedit
animos sol pulueris sitis ut ferrum non admoueas prosternunt . Non legionibus legiones eoꝝ
solum experti sumus sed uir uiris cum uiro congrediendo . T . manlius . M . ualerius q̄ cum
gallicam rabiem uinceret romana uirtus docuerunt . Iam . M . manlius unus agmine scan
dentes in capitolium gallos destruxit . & illis maioribus nostris cum haud dubiis gallis in

sua genius terra referat. Iam degeneres ut macri & gallo & graeci uero quod appellantur sicut in frugibus pecudibusq; non tantum semina ad seruandam indolem ualent quum terrae pro prietas caeliq; sub quo aluntur mutatu macedones. Qui alexandriam in aegypto qui seleuciam ac babylonam quiq; aliae sparsas per orbem terrarum colonias habent in syrios parthos aegyptios degenerauerunt. Massilia inter gallos sic traxit aliquum ab accolis animos nisi quid ex spar tana illa & horrida disciplina mansit generosius. In sua quicquid sede gignitur mirum alie nae terrae in id quod alitur natura nertente se degenerat. Phrygas igitur gallicis oneratos armis sicut in acie antiochi cecidistis victos victores cedetis. Magis inde uereor ne parta inde gloriae q̃ ne minuum belli sit. Attalus rex saepe fudit fugauit. Nolite existimare belluas tantum recentes capras feritatem illam siluestrem primo seruare. Deinde cum manibus hu manis alantur mitescere in hominum feritate mulcenda non eandem naturam esse. Eosdem ne credetis esse qui patres eorum atq; fuerunt. Exteriores inopia agrorum profecti domo per asperrimam illyrici oram peoniam inde & thraciam pugnando cum ferocissimis gentibus emen si has terras ceperunt. Duratos eos tot malis exasperatosq; accepit terra quae copia rerum omnium saginaret. Uberrimo agro mitissimo caelo clementibus accolarum ingenijs omnis illa cum qua ue nerant mansuefacta est ferras. Vobis mehercule marus uiris cauenda ac fugienda q̃ primum amoenitas est asiae. Tantum hae peregrinae uoluptates ad extinguendum uigorem animorum possunt quum contagio disciplinae morisq; accolarum ualet. Hoc tamen feliciter euenit quod sicut uim aduersus eos nequaq̃ ita famam apud graecos parem illi antiquae obtinent cum qua uene runt. belliq; gloriam uictores eandem habebitis quam si seruantes antiquum specimen animo gallos uicistis. Contione dimissa missisq; ad eposognatum legatis. Vnus ex regulis & in eum mis manserat amicitia & negauerat antiocho aduersus romanos auxilia castra mouit. Primo die ad aladrum flumen postero ad uicum quem uocant thrisco uentum. Eo legati orcaden sium cum uenissent amicitiam petentes ducenta talenta iis sunt imperata. Praecantibus ut do mum renuntiarent pristinas facta. Ducere inde exercitum consul ad plutendum deinde ad ali actos castra posita. Eo missi ad eposognatum redierunt legati reguli orantes ne tectosagis bellū inferrent. Ipsum in eam gentem iturum eposognatum persuasuntq; ut imperata faciant. Data uenia regulo duci inde exercitus per axilon quam terram ceptus ab re nomen habet. Non ligni modo quicq̃ sed ne spinas quidem aut ullum aliud alimentum fert ignis. Fimo bubulo pro lignis utuntur. Ad cubalum gallograeciae castellum castra habentibus romanis apparuere cum magno tumultu hostium equites. nec turbarunt tantum stationes romanas repente inuecti. sed quosdā etiam occiderunt. Qui tumultus cum in castra perlatus esset effususque repente omnibus portis equi tatus romanus fudit fugauitq; gallos. & aliquot fugientes occidit. Inde consul ut qui iam ad ho stes peruentum cernerent explorato deinde & cum cura coacto agmine procedebat. & continenti bus itineribus cum ad sangarium flumen uenisset pontem quia uado nusq̃ transitus erat facere in stituit. Sangarius ex adoreo monte per phrygiam umbri fluuio inde maior iam germanis aquis p bithyniam fertur & in propontidem sese effundit. Non tamen tam magnitudine memo rabilis q̃ quod piscium accolis ingentem uim praebet. Transgressus ponte perfecto flumen preter

Nō

82

ripam eunubus galli matris deæ á pessimonte occurrere cum insignibus suis. Vaticinantes fanatico carmine deam romanis uam belli & uictoriam dare imperiumq eius regionis accipere se omen cum duxissé consul castra eo ipso loco posuit. Postremo die ad cordium peruenit. Id haud magnum quidem oppidum est. sed plus q̃ mediterraneum celebre & frequens emporium. Tria maria pari ferme distantia interuallo hæc. hellespontum ad sinopem. & alterius oræ littore qua cilices marium colunt. Multaq magnaq preterea gentium fines contingit quaq cõmertium in eum maxime locum mutui usus contraxere. Id tum desertum fuga incolaq oppidum. refertum idem copia req omnium inuenerunt. Ibi statua habentibus legati ab eposognato uenerunt nimian tes profectum eum ad regulos gallos nihil equi impetrasse. ex campestribus uicis agrisq frequentes migrare. & cum coniugibus ac liberis quæ ferre atq agere possent præ se agentes portantesq olimpum montem petere ut inde armis locisq sitis se se tueantur. Certiora post ea orcadensiũ legati attulerunt. Tolostobogios cuntatem olympum montem cepisse. Diuersos tectosagos aliũ montem magnana qui dicitur petisse. Troginos coniugibus & liberis apud tectosagos depositis armatos agmen tostobogius stationisse auxilium ferre. Erant autem trium populos regulo ortiago & combolomarius & gaudotus. His hæc maxime ratio belli sumenda fuerat quod cum montes editissimos eius regionis tenerent conuectis omnibus quæq ad usum q̃us longi temporis sufficerent tedio se fatigatiros hostem censebant. Nam neq ausuros p tam ardua atq iniqua loca subire eos & si conarentur uel parua manu prohiberi aut deturbari posse. nec quietos in radicibus montium gelidos sedentes frigus aut inopiam lassuros. Et cum ipsa altitudo locos eos tutaretur forsan quoq & alia munimenta uerticibus iis quos insederant circumiecere. Minima apparatus missilium telos cura fuit quod saxa affatim præbituram asperitatem ipsam locos credebant. Consul qua non communis pugnam sed procul locis expugnandis finitimam perceperat animo ingentem uim pilos uelitarium hastas sagittas glandisq & medicos qui funda mitti lapidum possent paraue rat. instructisq missilium apparatu ad olympum montem ducit. & a quinq ferme milibus castra locat. Postero die cum quadringenis equitibus & attalo pregressum eum ad naturam montis sitisq gallicos castros insidium equites hostium duplex numerus effusus é castris in fugam auerterunt. Occisi quoq pauci fugientium. uulnerati plures. Terno die cum omnibus ad loca exploranda profectus qua nemo hostium extra munimenta processit tuto circumiectus montem animaduertit meridiana regione terrenos & placide acclines ad quendam finem esse. Septentrione ardue erectas prope rupes. atq omnibus ferme alis inuisa tria itinera esse. Vnum medio monte qua terrena erant. Duo difficilia ab hiberno solis ortu & ab æstiuo casu. hæc contemplatus eo die sub ipsis radicibus posuit castra. Postero sacrificio facto cum primis hostis insidias triphariam exercitum diuisum ducere ad hostem pergit. Ipse cum maxima parte copiaq qua æquissimum aditum præbebat mons ascendit. L. manlium fratrem ab hiberno ortu quoad loca patiantur & tuto possit subire iubet. Si qua periculosa & præcipita occurrant non pugnare cum iniquitate locos neq inexsuperabilibus uim afferre. sed obliquo monte ad se declinare & suo agmini coniungi. CN. etiam cum terna parte circumire sensim per infima montis. deinde ab occasu æstiuo erigere agmen & attali auxilia tripartitam exercitum diuisum ducere ad hostẽ

secum esse ipsum iuuenem iussit equitatum cum elephantis in proxima tumuli planitie reh
quit. Edictum præfectis ut intenti quod ubiq; geratur animaduertant opemq; ferre quo
postulent res possit. Galli & ab duobus lateribus tuti fidentes sua esse ab ea parte quæ in
meridiem uergeret ut armis clauderent uiam quattuor milia ferme armatorum ad tumulū
imminentem uie minus mille passuum á castris occupandum mittunt eo se rati uelut ca
stello uiæ impedituros. Quod ubi romani uiderunt expediunt se se ad pugnam. Ante signa
modico interuallo uelites erant. & ab atalo cretenses sagittarii & funditores & uarii ubrecs
Signa pedituum ut per arduum leui gradu ducuntur ita præ se habentium scuta ut missilia
tantum uitarent pede collato non uiderentur pugnaturi. Missilibus ex interuallo loci præ
lium cōmissum. & primo pars gallos loco aduantare romanos uarietate & copia telorum proceden
te certamine nihil iam æqui erat. Scuta longa ceterum ad amplitudinem corporum parum lata
& ea ipsa plane male regebant gallos. nec tela iam alia habebant præter gladios quos cum manu
hostis non consereret nullus usus erat. Saxis nec modicis ut quæ non præparassent. sed quod cu
iq; trepidanti ad manum uenissā ut insueti nec arte nec uiribus aduersantes ictum urebantur
Sagittis glande iaculis incauti & ab omni parte configebantur. nec quid agerent ira & pauore
occecati animis cernebant. & erant deprehensi genere pugnæ in quod minime apti sunt. Nā
quemadmodum cōminus ubi mucronem pati & inferre uulnera licet accendi ira animos eorum
ita ubi ex occulto & procul leuibus telis uulnerantur nec quo ruant cæco impetu habent ne
mini fere transfixæ in suos temere incurrunt. Deregebant uulnera eorum quod nudi pugnant
& sunt fusa & candida corpora ut quæ numq̄ nisi in pugna uidentur. ita & plus sanguis
ex multa carne fundebatur & fœdiores parebant plagæ. & candor corporum magis sanguine
atro maculabat. Sed non tam patentibus plagis mouentur. Interdum secta cute ubi lanor
q̄ aliquor plaga & etiam gloriosius se pugnare putant. Idem cum aculeus sagittæ aut glan
dis abditæ intorsit temu uulnere in speciem urit & seruantes quæ nellant telum non sequ
tur. Tum in rabiem & pudorem tam paruæ permentis uersi pestis prosternunt corpora
bumi sicut passim procumberent. Alii ruentes in hostem undiq; configebantur. & cum com
minus uenerant gladiis á uelitibus trucidabantur. Hic miles tripedalem parmam habet & in
dextra hastas quibus eminus utitur. Gladio hispaniensi est cunctus. Quod si pede collato pu
gnandum est transtans in leuam hastis stringit gladium. Pauci iam supererant gallorum qui
postq̄ ablatis armaturis superatos se uiderunt & stare legionum signa effusa fuga castra repe
tunt pauoris & tumultus iam plena ut ubi feminæ puerique & alia imbellis turba permixta essā
Romanos uictores deserti fuga hostium acceperunt tumuli. Sub idem tempus. L. manlius &
CN. belbius cum quoad uiam colles obliqui dederunt ascendissent postq̄ ad mina uentum
est flexere iter in partem montis quæ una habebat iter. Et sequi consulis agmen. L. man
lius & CN. belbius modico utrinq; interuallo uelut ex composito ceperunt quod primo opti
mum factum fuisse & in id necessitate ipsa compulsi. Subsidia enim in talibus inquietantibus
locorum maxime sæpe sunt fuerant ut primis forte deturbatis secundi ei tegant pulsos & in
tegri pugnam excipiant. Consul postq̄ ad tumulos ablatis armaturis captos prima signa

peruenerunt respirare & conquiescere paulisper militem uibet. Simul strata p tumulos corpo
ra gallor ostentat & cum leuis armatura prælium tale edidere quid ab legionibus quid ab
uastis armis quid ab animis ferocissimor militum expectari? Castra illis capienda esse in
quæ compulsus ab leui armatura hostis trepidæ præcedere tamen uibet leuem armatu
ram quæ cum staret agmen colligendis p tumulos telis ut missilia sufficerent haud segne
id ipsum tempus consumpserat. Iam castris appropinquabant. & galli ne pars se munimenta
sua tegerent armati pro uallo constiterant. Obrun deinde omni genere telor cum quo
plures atq; densiores erant eo minus uani quicq; intercideret teli intra uallum momẽto
temporis compelluntur. Stationibus tantum firmis ad ipsos aditus portar relictis in mul
titudinem compulsam in castra uis ingens missilium telor conicichatur. Et uulnerari mul
tos clamor permixtus mulierũ atq; puerorũ ploratibus significabat. In eos qui portas statio
nibus suis clauserant legionum antesignani pila conicerunt. Ii uero non uulnerabant
sed transuerberati scutis plerique inter se conserti herebant. Nec diutius impetum roma
nor sustinuerunt. Patentibus iam portis prius q; irrumpent uictores fuga é castris gallor
in omnes partes facta est. Ruunt cæci per uias per uia nulla præcipitia saxa nulla
seu rupes obstant. Nihil præter hostem metuunt. Ita plerique precipites per uastam alti
tudinem prolapsi aut debilitati exanimantur. Consul castris captis direptione præda q
busq; abstinet. Militem sequi prosequemq; instare & perculsis pauorem addere uibet.
Superuenit & alter cum. L. manlio agmen nec eos castra intrare sinit protinus ad per
sequendos hostes mittit & ipse paulo post tradita captiuor custodia tribunis militum sequit
debellatum ratus si in illo pauore q̃plurimi cæsi forent atq; capti. Egresso consule. cn. hel
uius cum tertio agmine aduenit. nec continere suos á direptione castror ualuit prædaq
eor iniquissima sorte qui pugnæ non interfuerant facta est. Equites diu ignari á pugnæ
& uictoriæ suor steterunt. Deinde & ipsi q̃uim æqui in colles subire poterant spargos fu
ga gallos circa radices montis consectati cecidere aut cepere. Numerus interfector haud
facile iniri potuit qui á latere omnis anfractus montium fugaq; cædes fuit. & magna
pars rupibus inuis in profundæ altitudinis conualles delapsa est pars in siluis uepribusque
occisi. Claudius qui bis pugnatum in olympo monte scribit ad quadraginta milia hominũ
auctor est cæsa. Valerius annas qui magis in numero augendo esse solet non plus decẽmilia
Numerus captiuor haud dubie milia quadraginta expleuit quia omnis generis ætatisque
turbam secum transuexerunt demigrantium magis q̃ in bellum euntium modo. Consul ar
mis hostium in uno concrematis tumulo cæteram prædam conferre omnes iussit. & aut
uendidit quod eius in publicum redigendum erat aut cum cura ut q̃æquissima esset
per milites diuisit. Laudati quoq; p contionem omnes sunt donatiq; pro merito quisq
Ante omnes antalus summo cæterom assensu. Nam singulares eius uiri tum uirtus & in
dustria in omnibus laboribus periculisq; tum modestia etiam fuerant. Supererat belli
integrum cum rectosagis. Ad eos profectus consul tertiis castris anguram nobilem illis
locis urbem peruenit. unde hostes paulo plus decem milia aberant. Vbi cum stamma esset

facinuſ memorabile á captiua factum eſt. Orgiagontiſ regili uxor forma eximia cuſtodie
batur inter plureſ captiuoſ cui cuſtodiæ centurio præerat & libidinſ & audaciæ militariſ
I ſ primo animum tentauit quem cum abhorrentem á uoluntario uideret ſtupro corpori
quod ſeruum fortuna erat uim fecit. Deinde ad leniendam indignitatem iniuriæ ſpem
redituſ ad ſuoſ mulieri fecit. & ne eam quidem ut amanſ gratuitam certo auri pondere
pactuſ ne quem ſuoꝝ conſcium haberet ipſi permittit ut quem uellẽ unum ex captiuiſ
nuntium ad ſuoſ mitteret. Locum prope flumen conſtituit quo duo ne pluſ neceſſariũ
captiuæ cum auro uenirent nocte inſequente ad eam accipiendam. Forte ipſius mulie
ris ſeruuſ inter captiuoſ eiuſdem cuſtodiæ erat. Hunc nuntium primiſ tenebriſ extra
cuſtodiam centurio educit. Nocte inſequenti & duo neceſſariũ mulieriſ ad conſtituũ
locum & centurio cum captiua uenit. Vbi cum aurum oſtenderent quod ſummam ta
lenti auri. tanti enim pepigerat. expleret. mulier lingua ſua ſtringerent ferrum & cen
turionem penſantem aurum occideret imperauit. Iugulatu præciſum caput ipſa inuolu
tum ueſte ferenſ ad orgiſgontem uirum qui ab olympo domum refugerat peruenit. quẽ
priuſ q̃ complecteretur caput centurioniſ ante pedeſ eiuſ adiecit. Miranturq; cuiuſnam
id caput hominiſ aut quid id facinuſ haudquaq̃ muliebre eſſet & iniuriam corporiſ &
ultionem uiolatæ per uim pudicitiæ confeſſa uiro eſt. aliaq; ut traditur ſanctitate &
grauitate huiuſ uitæ matronaliſ facinoriſ decuſ ad ultimum conſeruauit. Anchiram
ſtatuta oratoreſ tectoſagum ad conſulem uenerunt petentes ne ante caſtra moueret q̃ collo
dicuntur si prospero euentu prauo consilio rem gesserunt. Sed ego in ea cuuitate quæ ideo omnibus incipiendis gerendisq; deos adhibet quia nullius calumniæ subiect ea quæ diu comprobauerunt & in solemnibus uerbis habet cum supplicatione' aut triumphum decernit quod bene ac feliciter rem.p. administrarit si nollem si graue ac superbum existimarent uirtute gloriari pro felicitate gloriari mea exercituſq; mea quod tantam nationē sine ulla militum iactura deuicimus postularem ut dis immortalibus honos haberetur & ipse triumphans in capitolium ascenderem. Vnde uoris rite nuncupatis profectus sum. negaretis hoc mihi cum dis immortalibus? Inquo enim loco dimicam. Dic igitur quo æquiore potuerim dimicare? cum hostes montem cepissent loco se munito tenerent nempe eundum ad hostes erat si uincere uellem. quid si urbem eo loco haberent & mœnibus se tenerent? Nempe oppugnandi erant. Quid ad thermopilas? æquone loco. M. acilius cum rege antiocho pugnauit? quid philippum? Non eodem modo superauit annem iuga tenentem montium. T. quintius deiecit? Equidem adhuc qualem aut sibi fingant aut nobis uideri uelint hostem non intueo. Si degenerem & emollitum amœnitate asiæ quid periculi uel inquo loco subeundum fuit? Si iuuendum & feritate animoq; & robore corpoq; huic ne tantæ uictoriæ triumphum negaris? Cæca inuidia est P.c. nec quicq̄ aliud scit q̄ detractare uirtutes corrumpere honores ac præmia eoq;. Mihi quæso ita ignoscatis P.c. si longiorem orationem non cupiditas gloriandi sed necessaria crimini defensio fecit. An etiam per thraciam saltus patentes qui angusti erant. & plana exardua & culta ex siluestribus facere potuit & præstare nequibi latebris delitescerent latrones thraces ne quid sarcinaq; raperentur ne quid iumentoq; ex tanto agmine abstraherentur ne quis uulneraretur ne ex uulnere uir fortis ac strenuus. q. minueretur morereturr. In hoc q̄ casu infeliciter incidit ut talem ciuem amitteremus herent quod saltu inquo loco alieno cū adortus nos hostis esset duæ simul acies primi & nouissimi agminis herentem ad impedimēta nostra exercitum barbaroq; circumuenerunt quod multa milia ipso die plura multis post diebus paucos ceciderunt & ceperunt. hoc si ipsi tacuerint uos scitote cum testis orationis meæ totus exercitus sit non credimus. Si gladium in asia strinxissem si hostem non uidissem tamen triumphum in thracia duobus prædis meruissem. Sed iam dictum satis est. quin pro eo quod pluribus uerbis uos q̄ uolui fatigaui ueniam á uobis petam impetramq; uelim. P.c. Plus crimen eo die q̄ defensio ualuisse in altercationem in serum perduxisse uidetur. Diminuit senatus in ea opinione ut negaturus triumphum fuisse uideretur. Postero die & cognati amici q. CN. manlii summis opibus annixi sunt & auctoritas senioq; ualuit negantium exemplum prodituri memoriæ esse ut imperator qui demetis perduellibus confecta prouincia exercitum reportasset sine curru & laurea priuatus inhonoratusq; urbem iniret. hic pudor malignitatem uicit triumphumq; frequentes decreuerunt. Oppressit deinde memoriam memoriamq; omnem contentionis huius manus & cum maiore uiro certamen ortum. P. scipioni africano ut ualeruis annis ante tor est duo. Q. petilii diem dixerunt. Id prout cuiusq; ingenium erat interpretabantur. Alii non tribunos plebis sed uniuersam ciuitatem quæ id pati posset incusabant. Duas maxi

mas orbis terras urbes ingratas uno prope tempore in principes inuentas. Romam ingratiorem
siquidem uicta carthago uictum hannibalem in exulium expulisse. Roma uictrix uictorem afri
canum expellat. Alii neminem unum tantum eminere cuiem debere ut legibus interroga
ri non possit. Nihil tam æquandæ libertatis esse q̃ potentissimum quenq; posse dicere causam
Quid aut uno cuiq̃ nedum summam rem p. permitti si ratio non sit reddenda? Qui uis æquum
pati non possit in eum uim haud iniustam esse. hæc agitata sermonibus donec dies causæ di
cendæ uenit. Nec aliis antea quispiam nec ille ipse scipio consul censorue maiore omnis ge
neris hominum frequentia q̃ reus illo die in fori est deductus. Iussus dicere causam sine ulla
criminum mentione orationem adeo magnificam de rebus ab se gestis est exorsus ut satis con
staret neminem unq̃ neq; melius neq; uerius laudatum esse. Dicebantur enim ab eodem ani
mo ingenioq; á quo gesta erant & aurium fastidium aberat quia pro periculo non in gloriã
referebantur. Tribuni uetera luxuriæ crimina siracusanoq; hibernoq; & locris plemmanũ
tumultum cum ad fidem præsentium criminum retulissent suspitionibus magis q̃ argumen
tis pecuniæ captæ reum accusarunt. Filium captum sine præmio redditum. omnibusq; aliis
rebus scipionem tanq̃ in eius unius manu pax romana bellumq; esset ab antiocho cultum.
Dictatorem eum consuli non legatum in prouincia fuisse. nec ad aliam rem eo profectum quã
ut id quod hispaniæ galliæ siciliæ africæ iampridem persuasum esset hoc græciæ asiæq; & om
nibus ad orientem uersis regibus gentibusq; appareret. unum hominem caput culmenq; im
perii romani esse. Sub umbra scipionis ciuitatem dominam orbis terras latere. Nutus eius pro
decretis patrum populiq; iussis esse. Infamia intactum inuidia qua possunt urgent. Orationibus
in noctem perductis prodicta dies est. Vbi ea uenit tribuni in rostris prima luce consederũt
Citatus reus magno agmine amicoq; clientiumq; per mediam contionem ad rostra subiit. Silen
tioq; facto hoc inquit die. tr. pl. uosq; quirites cum hannibale & carthaginiensibus signis colla
tis bene ac feliciter pugnaui. Itaq; cum hodie hostibus & iurgiis supsederi æquum sit ego hinc
extemplo in capitolium ad iouem optimum maximum iunonemq; & mineruam cæteros q;
deos qui capitolio atq; arci præsident salutandos ibo. Iisq; gratias agam quod & hoc ipso die
& sæpe alias egregie gerendæ. R. P. mentem facultatemq; dederunt. Vestrum quoq; qui
bus commodum est quirites ite mecum & orate deos ut mei similes principes habeatis. Item
si ab annis septendecim ad senectutem semper uos etatem meam honoribus uestris antestiti ego
uestros honores rebus gerendis præcessi. Ab rostris in capitolium ascendit simul se uniuersa
contio auertit & sequuta scipionem est adeo ut postremo scribæ uiatoresq; tribunos relinq̃
rent. nec cum ullo præter seruilem comitatum & præconem qui reum ex rostris curabat quisq̃
esset. Scipio non in capitolio modo sed per totam urbem omnia templa deum cum. P.R. ci
uium. Celebratior is prope dies fauore hominum & existimatione uere magnitudinis enim fuit
q̃ quo triumphans de syphace rege & carthaginiensibus urbem est inuectus. Hic spectatissi
mus dies. P. scipioni illuxit. post quem cum inuidiam & certamina cum tribunis prospice
ret die longiore producta in luternum concessit certo consilio ne ad causam dicendam adesset
Maior animus & natura erat ac maiori fortunæ assuetus q̃ ut reus esse sciret & summitteret se

in humiliratem causam dicentium . Vbi dies uenit citariq; absens est cæptus . L. scipio mor
bum causæ esse cur abesset excusabat . Quam excusationem cum tribuni qui diem dixerãt
non acciperent & ab eadem superbia non uenire ad causam dicendam arguerent qua
iudicium &. tr. pl. & contionem reliquisse & quibus uis sententiæ de se dicendæ & liber
tatem ademisset is comitatus uelut captos trahens triumphum . P. R. egisse secessionem
eo die quo in capitolium á tribunis plebis fecisseus . Habeus ergo temeritatis illius merce
dem quo duce & auctore nos reliquistis ab eo ipsi relicti estis . & tantum animoꝝ in dies
nobis decrescat . Ad quem antea exercitum & classem habentem . tr. pl . ædilemq; mittere
in siciliam ausi sumus qui prehenderent eum & romam reducerent ad eum priuatum ex
ulla sua extrahendum ad causam dicendam mittere non audemus . Tr. pl . appellati á
L. scipione ita decreuerunt ut si morbi causa excusaretur sibi placere accipi eam causam
diemq; ad collegas produci . Tr. pl. eo tempore sempronius gracchus erat cui inimicitiæ cũ
P. scipione intercedebant . Is cum uenisse suum nomen decreto collegaꝝ adscribi strenuoq;
omnes sententiam expectarent ita decreuit . Cum . L. scipio excuset morbum causæ esse fra
tri satis id sibi uideri se . P. scipionem prius q̃ romam redisse accusari non passurum . Tum q̃
si se appellæ auxilio ei futurum ne causam dicat . Ad id fastigium rebus gestis honoribus
pro . P. R . scipionem deoꝝ hominumq; consensu peruenisse ut sub rostris reum stare & præ
bere aures adolescentium coniectus . P. R . magis deforme q̃ ipsi sit . Adiecit decreto indi
gnationem . sub pedibus uestris stabit . tribum domitor illæ africæ scipio ideo quattuor no
bilissimos duces pœnoꝝ in hispania quattuor exercitus fudit fugauit . Ideo syphacem cæ
pit hannibalem deuicit carthaginem uectigalem nobis fecit antiochum recepit . Euius fra
ter consors huius gloriæ . L. scipio ultra iuga thauri emouit ut duobus pelius succumberet
Vos de pace africam palmam peteritis nullisne meritis suis nullis uestris honoribus senectus
eoꝝ concidat . Mouit & decretum & adiecta oratio non cæteros modo sed ipsos etiam accu
satores & deliberaturos se quid iuuenis & officii esset duxerunt . Senatus deinde concilio
plebis dimisso habere est cæptus ibi gratiæ ingentes ab uniuerso ordine præcipue á consu
laribus senioribusq; tribuno gracchо actæ sunt quod rem . p . priuatis simultatibus potiorẽ
habuisset & pelii uexati sunt probris quod splendere aliena mundia uoluissent & spolia ex
africano triumpho peterent . Silentium deinde africano fuit . Vitam iuterim egit sine de
siderio urbis . Morientem rure eo ipso loco sepeliri se uoluisse ferunt monumentumq; ibi
ædificari ne simus sibi ingrata patria fieret . Vir memorabilis bellicis tanq̃ pacis artibus
memorabilior cui par habita est materia ingenio qui ad primum consularem secundum
etiam si censuram adiicias quid asiatica legatio & ualitudine aduersa inimicis & filii casu
deformata & post reditum necessitatem aut subeundi iudicii aut simul cum patria deseren
di punica tamen belli perpetrati quo nullum neq; periculosius romani gessere unam præci
puam gloriam tulit . Morte africani creuere inimicoꝝ animi quoꝝ princeps fuit . M . porcius
cato qui uiuo quoq; eo lacerare magnitudinem eius solitus erat . Hoc auctore existimant
pelii á uulo africano rem ingratam á mortuo rogationem promulgasse . Fuit autẽ rogatio

talis. Vetus ubeatus quæratur quæ pecunia capta ablata coacta ab rege antiocho est quicq
sub imperio eius fuerunt quod eius in publicum relatum non est uti de ea re ferunt suspicius
prætor urb. ad senatum referat quem eam rem uelit senatus quærere de iis qui prætores nūc
sunt. Huic rogationi .Q. &. L. minimi intercedebant senatum quærere de pecunia non
relata in publicum ita ut antea semper factum esset æquum censebant. Penlu nobilita
tem & regnum in senatu scipionum accusabant. L. furius purpurio consularis qui in decē
legatus in asia fuerat latius rogandum censebat. Non quæ ab antiocho modo pecuniæ cap
tæ forent sed quæ ab aliis regibus gentibusq. ex. manlium inimicum incessent. & L. scipio
quem magis pro se q̄ aduersus legem dicturum apparebat dissuasor processit. Is morte P.
africani fratris uiri omnium fortissimi clarissimq. exortam rogationem est conquestus.
Parum enim fuisse non laudari pro rostris P. africanum post mortem nisi etiam accusaret.
Et carthaginenses exilio hannibalis contentos esse. P.R. ne morte quidem P. scipionis exsta
turi nisi ipsius fama sepulu lacerentur. & frater insuper accessio inuidiæ macterent. M. cato
suasit rogationem esse & oratio eius de pecunia regis antioch & minimos tribunos auctо
ritate deterruit ne aduersarentur rogationi. Remittentibus ergo is intercessionē omnes
tribus uti rogassā iusserunt. Seruio sulpicio deinde ferente quem rogationem penlu q̄
rere uellent. Q. terentium culleonem patres iusserunt. Adhunc prætorem adeo amicū
corneliæ familiæ ut qui romæ mortuum elatumq. P. scipionem. est enim ea quoq. fa
ma tradunt pilleatum in triumpho sicut erat in funere quoq. ante lectum isse memo
riæ prodiderunt. Et ad portam capenam multum prosecutus fimus dedisse quod abeo
inter alios captiuos in africa ex hostibus receptus esset. Aut adeo inimicum eundem ut
propter insignem simultatem ab ea factione que aduersa scipionibus erat delectus sit po
tissimum ad quæstionem exercendam. Ceterum ad hunc nimis æquum aut iniquum præ
torem reus extemplo factus scipio simul & delata & recepta nomina legatorū & L. hosti
liorū catonium & .CN. furii acti leonis quæstoris. Et ut omnia contracta societate pecula
tus uiderentur scribæ quoq. & accensus. L. hostilius & scribæ. & accensi prius q̄ de scipio
ne iudicium fieret absolui sunt. Scipio & hostilius legatus & .CN. furius damnati. Quo
commodior pax antiocho daretur. scipionem sex milia pondo auri quadringenta octogin
ta argenti plus accepisse q̄ in ærarium retulerat. GN. hostilium octoginta pondo auri ar
genti quadringenta tria pondo. Furium quæstorem auri centum triginta argenti ducenta
pondo. Has ego summas auri & argenti relatas apud annalem inueni in. L. scipione.
Malim equidem librarie mundum q̄ mendacium scriptoris esse in summa auri atq. argenti.
Similius enim ueri est argenti q̄ auri maius pondus fuisse & potius quadragies q̄ ducenies
quadragies lucem exuberaram eo magis quod tantæ summæ rationem etiam ab ipso requisita
esse. P. scipionem in senatu tradunt librumq. rationis eius cum. L. fratrem afferre iussisse
inspectante senatu sinus ipsum manibus compressisse indignantem quod cum bis milies in
ærarium intulisse quadragies ratio abse poscereur. Et ab eadem fiducia animi cum quæ
stores pecuniam contra legem promere non auderent clauis poposcisse et se aperturum

erarum dixisse qui ut claudereur effecisse. Multa alia scipionis exitu maxime uitae
diesq; dicta. morte fimere sepulchro in diuersum trahunt ut cui famae quibus scriptis
assentiar non habeam. Non de accusatore conuenit. Alii. M. manlium alii petilios dies
dixisse scribunt. Non de tempore quo dicta dies sit. Non de anno quo mortuus sit aut
delatus. Alii romae alii literni & mortuum & sepultum. Vtrobiq; monumenta ostenditur
& statuae. Nam & literni monumentum monumentoq; statua superposita fuit quam
disiectam nuper uidimus ipsi. Et romae extra portam capenam in scipionum monu
mento tres statuae sunt. quarum duae. P. & L. scipionum dicuntur esse. tertia poetae. Q.
ennii. Nec inter scriptores rei discrepat solum. sed orationes quoq; simodo ipsorum sunt
P. scipionis & sempronii gracchi aberrat inter se index orationis. P. scipionis nomen. M.
nasi. tr. pl. nomen habet. Ipsa oratio sine nomine est accusatoris. nebulonem modo nu
gatorem appellant. Ne gracchi quidem oratio aut petilioru accusatorum africani aut dicti
dictae africano ullam mentionem habet. Alia tota serenda fabula est gracchi orationi
conuenient & illi auctores sequendi sunt qui cum. L. scipio & accusatus & damnatus sit
pecuniae captae ab rege legatum in etruria fuisse africanum tradunt. Et post famam
de casu fratris allatam relicta legatione cucurrisse cum romam & cum á porta recta ad
forum se contulisset quod in uinculo duci fratrem iussum erat repulisse á corpore eius
uiatorem & tribunis reuocantibus magis pie q̃. cuiliter uim fecisse. Haec enim ipsa grac
chi quaeritur dissolutam esse á priuato tribuniciam potestatem. Ad postremum cum au
xilium. L. scipioni polliceretur adiecit tolerabilioris exempli esse á tr. pl. potius q̃. á priuato
uictam uideri & tribuniciam potestatem & R. P. esse. Sed ita hanc unam in potestate
eius iniuriam inuidia onerat ut increpando quod grauauerit tantum. ac se ipse cumulatas
& ueteres laudes moderatois & temperantiae & reprehensione praesenti reddat. Castigatum
enim quondam ab eo populum ut quod eum perpetuum consulem & dictatorem uellet face
re prohibuisse statuas sibi in comitio in rostris in curia in capitolio in cella iouis pomi. Proh
buisse ne imago sua triumphali ornatu é templo iouis optimi maximi staret. haec uel in
laudatione posita ingentem magnitudinem animi moderandis ad cuncta habitum
honoribus significarent quae explorando inimicus fatetur. Hunc graccho minorem ex
duabus filiis nam maior. P. cornelio nasicae haud dubie á patre collocata erat nuptam
fuisse conuenit. Illud parum constat utrum post mortem patris & desponsa sit & nup
serit. An uerae illae opiniones sint gracchum cum. L. scipio in uinculo duceretur nec
quisq̃ collegae auxilio esset uetasse sibi inimicitias cum scipionibus quae fuissent manere
nec se gratiae quaerendae causa quicq̃ facere. Sed in quem carcerem reges & imperatores
hostium ducentem uidisse. P. africanum in eum se fratrem eius duci non passurum. Se
natum eo die forte in capitolio cenantem consurrexisse & petisse ut inter epulas gracchо
filiam africanus desponderet quibus ita in publicum solemne sponsalibus rite factis cum
se domum recepisset scipionem aemiliae uxori dixisse filiam se minorem desponsse.
Cum illa muliebriter indignabunda nihil de cõmuni filia secum consultatum adiecisse.

Non si tiberio gracco daret expertem consilii debuisse matrem esse Lætium scipionem trā
concordi consilio & ipsi desponsam respondisse. Hæc de tanto uiro q̄ & opinionibus & mo
nimentis litterar. uariarent proponenda erant. Iudicis á. Q. terentio prætore perfectis ho
stilius & furius damnati prædes eodem die quæstoribus urbanis dederunt. Scipio cum
contenderet omnem quam accepisset pecuniam in ærario esse nec se quicq̄ publici habere
in uinculis duci est cæptus. Scipio nasica tribunos appellauit orationemq; habuit plenā
ueris decoribus non cōmuniter modo cornelię gentis sed proprie familię suę. Parentes
suos & P. africani & L. scipionis qui in carcerem ducerentur fuisse: CN. & P. scipiones. Eos
cum p aliquot annos in terra hispania aduersus multos penos hispanosq; & duces & exer
citus nomini romani famam auxissent non bello solum sed quod romanæ temperantiæ
fideiq; specimen illis gentibus dedissent ad extremum amboś pro re.p. morte occubuisse.
Cum illos gloriam ueri posteris sanis esse & P. africanum tantum paternas superexisse lau
des ut fidem fecerit non sanguine humano sed turpe diuina satum esse. L. scipionem de
quo agatur ut quæ in hispania quæ in africa cum legatus fratris esset gessisset prætereamu
r. consulem & senatu dignum usum cui extra sortem asia prouincia & bellum cum an
tiocho rege decerneretur. & á fratre cui post duos consulatus censuramq; & triumphum
legatus in asiam iret. Ibi ne magnitudo & splendor legati laudibus consulis officeret sorte
ita inisse ut quo die ad magnesiam signis collatis. L. scipio antiochum deuicisset & eger
P. scipio eo die. aliquot uia abesset. Non fuisse minore cum exercitu q̄ hannibalis cum
quo in africa esset & pugnatum. hannibalem eundem fuisse inter multos alios regios duces
qui imperator punici belli fuerit. Et bellum quidem ita gestum esse ut ne fortunam qs̄q̄
quidem criminari possit. In pace crimen quæri. Eam dici uenisse. hic decem legatos simul
arguq; quos consilio data pax esset & quam extulisse ex decem legatis qui. CN. manlium
accusarent tamen non modo ad criminis fidem sed ne ad moram quidem triumphi eam
accusationem ualuisse. At hercule in scipione leges ipsas pacis ut minum accōmodatas
antiocho suspectas esse. Integrum enim ei regnum relictum. Omnia possidere eum uetu
stę ante bellum eius fuerint. Auri & argenti uim magnam habuerit nihil in publicū
relatum. Omnem in priuatum uersum. An præter omnium oculos tantum auri argentiq;
in triumpho. L. scipionis q̄um non decem alii triumphi si omne in unum inferatur
sit latum. Nam quid de finibus regni dicam? Asiam omnem & proxima europę tenu
isse antiochum. Ea quanta regio orbis terrarū sit á thauro monte in eg eum usq; pro
minens mare quot non urbes modo sed gentes amplectatur omnes scire hanc regionē
dierū plus triginta longitudinem decem inter duo maria latitudinem peremem usq;
ad thauri montis iuga antiocho adempram expulso in ultimum angulum orbis terrarū.
Quid si gratuita pax esset & plus adimi ei potuisse? Philippo uicto macedoniam habidi lace
demonem relictam. nec quinctio crimen quæsitum. Non enim habuisse eum africanū
fratrem cuius gloria. L. scipioni prodesse debuisse & inuidiam nocuisse. Tantum auri ar
genti iudicatum esse in domum. L. scipionis illatum quantum uendi omnibus bonis

redigi non posset. Id ubi ergo esse regum aurum? ubi tot hereditates acceptas in domo quas sumptus non exhauserunt extare debuisse nouae fortunae cumulum. At enim quod ex bonis redigi non possit ex corpore & tergo p̄ uexationem & commeatus. L. scipionis permitte inimicos ut in carcerem inter fures nocturnos & latrones uir clarissimus includatur & in rubore & tenebris expiret deinde nudus ante carcerem proiciatur. non id corneliae magis familiae q̄ urbi romanae fore erubescendum. Aduersus ea terentius praetor rogationem perduam ex. s. c. & iudicium de. L. scipione factum. Recitauit se nisi referatur pecunia in publicum quae iudicata sit nihil habere quod faciat nisi ut prehendi damnatum & in uincula duci iubeat. Tribuni cum in consilium secessissent paulopost. cn. fauius ex sua col lega atq; aliis praeter gracchum sententia pronuntiauit praetorem non intercedere tribu nos quominus sua potestate utatur. Tiberius gracchus ita decreuit. quominus ex bonis L. scipionis quod iudicatum sit redigatur se non intercedere praetorem. L. scipionem qui regem opulentissimum orbis terrarum deuicerit imperium. P. R. prorogauerit in ultimos terrarum fines regem eumenem rhodios aliasq; ut alias urbes deuinxerit. P. R. beneficus plurimos duces hostium in triumpho ductos carcere inclusserit non passurum inter hostes p. r. L. scipionem in carcere & uinculis esse minusq; eum se iubere. Tanto assensu auditum est decretum adeo dimissum scipionem ceu homines uiderunt ut uix in eadem ciuitate factum uidereatur iudicium. In bona inde. L. scipionis possessum publice quaestores praetor misit. neq; in iis non modo uestigium ullum comparuit pecuniae regiae sed nequaq̄ tan tum redactum est quāe summae damnatus fuerat. Collata ea pecunia ab cognatis amicis & clientibus & L. scipioni ut acciperet eam locupletior aliquo q̄ ante calamitatem fue rat. nihil accepit. Quae necessaria ad cultum erant redempta ei á proximis cognatis sunt. Verteratq; scipionum iudicia in praetorem & consilium eius & accusatorem.

T. LIVII PATAVINI HISTORIARVM AB VRBE CONDITA LIBER. XXXVIIII.

INCIPIT FELICITER.

CVM HAEC ROMAE AGVNTVR CONSVLES AMBO IN LI guribus regebant bellum. Vnus hostis uelut natus ad continendam per in ternalia bella romanis militarem disciplinam erat. Nec alia prouincia militem magis ad uirtutem acuebat. Nam asia & amoenitate urbium & copia terrestrium maritimarumq; rerum & mollitia hostium regibusq; opibus ditiores q̄ fortiores exercitus faciebat. Praecipue sub imperio. cn. manlii solute ac negligenter habiti sunt. Itaq; asperius paulo uter in thracia & excitatior hostis magna clade eos castigauit. In liguribus omnia erant quae militem exercitarent. Loca mon tana & aspera quae & ipsis capere labor erat & ex praeoccupanti deicere hostem & infra ar dua accepta infesta ab insidiis hostis leuis & uelox & repentinus qui nullum usq̄ tempus nullum locum quietum aut securum esse sineret. Oppugnatio necessaria munitorum castellorum laboriosa simulq; periculosa insidiis regio quae parsimoniam astringeret militis praedae haud multum praebere. Ita quod luxa non sequebantur. non iumentorum longus ordo agmen expe

diebat. Nihil præter arma & uiros omnem spem in armis habentes erat. Nec deerat unq̃ cum iis
ued materia belli uel causa quia propter domesticam inopiam uicinos agros incursabant. Nunq̃ tam
in discrimen summæ rei pugnabatur. Flaminius consul cum firmanibus ligu ribus in agro eor
pluribus prœliis secundis factis in deditionem gentem accepit & arma ademit. Ea qua non sincera
fide tradebant cum castigarentur relictis uicis in montem anginum profugerunt. Confestim secu
tus est consul. Ceteri effusi rursus & pars maxima inermes per inuia & rupes deruptas præcipitan
tes fugerunt. qua sequi hostes non posset. Ita trans appenninum ductæ legiones. Ibi mons quem
ceperant altitudine paulisper se tutati mox in deditionem concesserunt. Tum conquisita cum in
terrore cura arma adempta. Transiatum deinde ad apuanos ligures bellum qui in agrum pisa
num bononiensemq; ita incursauerant ut coli non possit. Iis quoq; pdomitis consul pacem dedit fi
nitimis. Et quia á bello quieta ut essent prouincia effecerat ne motu multum haberet uia á bono
nia perduxit arretium. M. æmilius alter consul agros ligu, uicosq; qui in campis aut uallibus erãt
ipsis montes duos balistam sinistmontumq; tenentibus deiecit populatusq; est. Deinde eos qui in mon
tibus erant adortus primo leuibus prœliis fatigauit. Postremo coactos in aciem descendere iusto prœlio
deuicit in quo ædem dianæ uouit. Subactis eis appenninum omnibus tum transmontanos adortus
In iis á firmatis ligures erant quos non adierat. cn. flaminius omnes æmilius subegit armaq; ade
mit. & de montibus in campos multitudinem deduxit. Pacatis ligu ribus exercitum in gallicum agri
deduxit uiamq; á placentia ut flaminio conuiaretur ariminum perduxit. Prœlio ultimo quo
cum ligu ribus signis collatis confligit ædem uenori reginæ uouit. Hæc in ligu ribus eo anno gesta.
In galliam furius prætor insontibus cenomanis in pacem spem belli quærens ademerat arma. Inde
cenomani conquesti romæ apud senatum recteq; ad consulem æmilium cui ut cognosceret stati
uitq; senatus pmiserat. Magno certamine cum prætore habito obtinuerunt causam. Arma red
dita cenomanis. Decedere prouincia prætor iussus. Legatis deinde socio, latini nominis qui toto
undiq; ex latio frequentes conuenerant senatus datus est. Iis querentibus magnam multitudinẽ
ciuium suo, romam cõmigrasse & censos esse. Quintio terentio culleoni negotium datum est ut
eos conquireret. & quem. cn. claudio. M. liuio censoribus postue eos censores ipsum parentem ut
eius apud se censum esse probassent soci redire eo cogeret ubi census essent. hac conquisitione duo
decim milia latino, domos redierunt. iam tum multitudine alienigena, urbem orante. Metius
fuluius prius q̃ consules romam redirent. Isq; ad ædem apollinis in senatu cum de rebus in æstiua
cephalaniaq; ab se gestis disseruisset petit á patribus ut æquum censerent ob rem p. bene ac feliciter
gestam & dis immortalibus honorem haberi uibere & sibi triumphum decernere. Maburius tr. pl.
siquid de ea re ante æmilii consulis aduentum decerneretur intercessit, se ostendit. eum contra
dicere uelle proficiscentemq; in prouinciam ita sibi mandasse ut ea disceptatio integra in aduentũ
suum seruaretur. Fuluius temporis iacturam facere senatum etiam presente consule quod uellet
decreturum. Si aut simultas. M. æmilii secum ignota hominibus esset aut q̃ is eas inimicitias impo
rtem ac prope regia ira exerceret tamen non fuisse ferendum absentem consulem & deos immorta
lium honori obstare & debitum meritumq; triumphum morari. Imperatorem rebus egregie gestis
victoremq; exercitum cum præda & captiuis ante portas stare donec consuli ob hoc ipsum mo

ranu redire romam libitum esset. Verumenimuero cum sint nobilissimæ sibi cum consule im
micitiæ quid ab eo quenq̃ æqui expectare qui p infrequentiam furtim. S.c. facto ad ærarium
detulerit. ambracham non uideri ui captam quæ aggere ac uineis oppugnata sit ubi incensis
operibus alia de integro facta sint ubi circa muros supra subterq; terram per dies quindecim pu
gnatum. Vbi á prima luce cum iam transcendissent muros miles usq; ad noctem diu anceps prœ
lium tenuerit ubi plus tria milia hostium sint cæsa. Iam de deorũ immortalium templis spoliatis
in capta urbe qualem calumniam ad pontifices attulerit nisi syracusarũq; cæterarũq; captarũ cuncta
tum ornamenta urbem exornari fas fuerit. In ambracha una capta non ualuerit belli ius.
Et t. P. c. orare & á tribuno petere ne se superbissimo inimico ludibrio esse sinant. Vndiq; omnes
alii deprecari tribunum alii castigare. Tiberii gracchi collegæ plurimum oratio mouit. ne suas
quidem simultates pro magistratu exercere boni exempli esse. Alienarũ uero simultatum tr. pl.
cognitorem fieri turpe & indignum. Collegii cuius potestatem ex sacratis legibus esse. Suo quẽq;
iudicio & homines odisse atq; diligere & res probare aut improbare debere. Non pendere ex
alterius nutu ac nutu nec alieni momenta animi circumagi adstipulariq; rato consilio tr. pl.
Et quid priuatum. M. æmilius mandauerit meminisse tribunatum sibi á. P. R. mandatum pro au
xilio ac libertate priuatorũ non pro consulari regno. hoc quidem cerneret cum fore ut memoriæ
mandetur eiusdem collegii. Alterum é duobus tr. pl. suas inimicitias remisisse rei p. alterum alie
nas & mandatas exercuisse. Is metus castigationibus tr. pl. cum templo exisset referente ser.
sulpicio prætore triumphus memorabilis est decretus. Is cum gratias P. c. egisset adiecit ludos
magnos se ioui optimo maximo eo die quo ambrachiam cepisset uouisse. In eam rem centũ decẽ
pondo auri á ciuitatibus collati petere. Vt ex ea pecunia quam in triumpho latam in ærario
positurus esset in ærarium secerni uideret. Senatus pontificum collegium consuli iussit num om
ne id aurũ in ludos consumi necessarium esset. Cum pontifices negassent ad religionem pertinere
quãta impensa in ludos fieret senatus fuluio quum impenderet permisit dum ne summa octogin ta
milium excederet. Triumphare mense ianuario statuerat. sed cum audisset consulem æmilium
luteris maburii tr. pl. accepisse de remissa intercessione ipsum ad impediendum triumphum ro
mam uenientem egrum in uia substitisse ne plus in triumpho certaminum q̃ in bello haberet
prætulit triumphi diem. Triumphauit ad. x. kl. ianuarias de ætholis & de cephalania aureæ
coronæ. c x. pondo duæ ante currum latæ sunt. Argenti pondo octoginta tria. Auri pondo
ducenta quadraginta tria. Tarentina antica. c. xviii. philippi nummũ decem milia quadrin
genti xxii. Signa ænea septingenta octoginta quinq. Signa marmorea ducenta triginta. Ar
ma. tela. cætera spolia. magnus numerus. Adhæc catapultæ balistæ tormenta omnis generis.
Duces aut ætholi aut cephalanes aut regii ab antiocho ibi relicti ad septem & uiginti. Multos
eo die prius q̃ in urbem inueherentur in circo flaminio tribunos præfectos equites centuriones
romanos sociosq; donis militaribus donauit. Militibus ex preda quinos uicenos denarios di
misit. duplex centurioni triplex equiti. Iam consularium comitiorũ appetebat tempus. qua
M. æmilius cuius sortis ea cura erat occurrere non potuit. CN. flaminius romam uenit. ab eo
creati consules postumius albinus. Q. marcius philippus. prætores inde facti. T. manlius. Publi

cornelius sula . cn . calphurnius piso . M . aurelius scaurus . L . quintius crispinus . Extremo anni magistratibus creatus iam ad tertias nonas martias . cn . manlius uolso de gallis qui asiam incolunt triumphauit . Seruus ea triumphandi causa fuit . ne . Q . terentio culleone praetore causam lege penlia diceret & incendio aliem iudicii quo . L . scipio condemnatus erat conflagraret eo infensioribus in se q̄ in illum iudicibus quo disciplinam militarem se uere ab eo conseruatam successor ipse omni genere licentiae corruperat . Neq ea sola infamiae erant quae in prouincia procul ab oculis facta erant . sed ea etiam magis quae in mi tibus eius quotidie conspiciebantur . Luxuriae enim peregrinae origo ab exercitu asiatico inuecta in urbem est . Inde primum lectos aeratos uestem stragulam pretiosam plagulas & alia textilia & quae tum magnificae supellectilis habebantur monopodia & abacos romam ad uexerunt . Tunc psaltriae sambucistriaeq & conuiualia ludorum oblectamenta addita epulis
E pulae quoq ipsae & cura & sumptu maiore apparari coepae . Tum cocus uilissimum antiqs mancipium & existimatione & usu in pretio esse . & quod ministerium fuerat ars haberi cepta . Vix tamen illa quae tum conspiciebantur semina erant futurae luxuriae . In triū pho tulit . cn . manlius coronas aureas ducentas decemduas . argenti ducenta . xx . milia centum tria . Teracinum atticum centum septem milia xx . Cistrophori ducenti quinquagin
P hilipporum aureorum nummorum sexdecim milia trecentos uiginti & arma spoliaq multa gallica carpentis uecta . Duces hostium duo & quinquaginta ducti ante currum . Militibus quadragenos binos denarios diuisit . Duplex centurioni & stipendium duplex in pedites dedit triplex in equites . Multi omnium ordinum donati militaribus donis currum secuti sunt carminaq á militibus ea in imperatorem dicta ut facile apparet & in ducem indulgentem ambitiosumq dici triumphum esse militari magis fauore q̄ populari celebrem . Sed ad populi quoq gratiam conciliandam amica manlii ualuerunt quibus amitentibus . s . c . factū est ut ex pecunia quae in triumpho translata essent stipendium collatum á populo in publicum quod eius solutum antea non esset solueretur . Vicenos quinos & semisses in milia
tribuni militū duo æris quaestores urbani cum fide & cura soluerunt . Per idem tempus tribus milia duo & duabus hispanis cum literis . cn . acilii & . cn . manlii qui eas prouincias obtinebant uenerūt
E x iis literis cognitum est celtiberos lusitanosq in armis esse & sociorum agros populari . De ea re consultationem integram senatus ad nouos magistratus reiecit . Ludis romanis eo anno quo . P . cornelius cethegus . L . postumius albinus faciebant malus in circo instabilis in signum pollentiae procidit atq id deiecit . Ea religione moti patres & diem unum adicien dum ludorum censuerunt & signa duo pro uno reponenda & unum auratum faciendum . Et plebei ludi ab aedilibus . cn . sempronio blaeso & . M . furio fusco diem unum instaurati sunt
I nsequens annus postumium albinum & . Q . marcium philippum consules ab exercitu bello rumq & prouincia cura ad interstitia coniurationis uindictam auertit . Praetores prouincias sortiti sunt . T . meuius urbanam . M . licinius lucullus inter ciues & peregrinos . cn . aurelius scaurus sardiniam . P . cornelius silla siciliam . hispaniam citeriorem . Calpurnius piso hispaniam ulteriorem . Consulibus ambobus quaestio de clandestinis coniurationibus de

creta est. Graecus ignobilis in etruriam primum uenit nulla cum arte eas quas multas ad animos corposq; cultum nobis erudissima omnium gens inuexit sacrificolus & uates. nec is qui aperta religione propalam & quæstum & disciplinam profitendo animos horrore imbuerã. Sed occultos anustes sacros. Inuita erant quæ primo pauci tradita sunt. dein uulgari cepta p uiros mulieresq. Addite uoluptates religiom um & epulas quo plurium aĩ illicerentur. Cum unum animum & nox & mixti feminis mares ætates reuerẽ maioribus discrimen omne pudoris extinxissent corruptelæ primum omnis generis fieri ceptæ quoad id quisq; quo natura pronioris libidinis essẽ paratam uoluptatem haberet. Nec unum genus noxæ. Stupra promiscua ingenuos feminasq; erant. Sed falsi testes falsa signa testimoniaq; & iudicia ex eadem officina exibant. Venena indidem intestinæq; cædes. ita ut ne corpora quidem interdum ad sepulturam extarent. Multa dolo pleraq; per uim audebant. huius mali tabes ex etruria romam uelut contagione morbi penetrauit. Primo magnitudo urbis capacior patiendoq; talium malos celauit. Tandem indutum hoc maxime modo ad postumum consulem peruenit. P. ebutius cuius pater publico equo stipendia fecerat pupillus relictus. Mortuus deinde tutoribus sub tutela duronie matris & uitrici. T. sempronii tuditani educatus fuerat. Mater dedita uiro & uitricus quia tutelam ita gesserat ut rationẽ reddere non possẽt aut tolli pupillum aut obnoxium sibi uinculo aliquo fieri cupiebat. Via una corruptelæ bachanalia erant. Mater adolescentem appellat. se pro egro eo uouisse ubi primum conualuisseẽt bachis eum se initiaturam. Damnatam uoti beneficiare deũ exsoluere id uelle. decem diebus castimonia opus esse. Deinde die cenarum deinde pure lauatum in sacrarium deducturam. Scortum nobile libertina hispala fecinia nomine digna quæstu cui ancillula assuuerat libera huic uni adolescenti animum applicuit adeo non damnosa fama rei ut digne prebendis suis ipsa cum magna ex parte opibus suis sustentaret. Iamq; eo processerat consuetudine capta ut post patroni mortem qua in nullius manu erat tutore ab tribunis & prætore petito cum testamentum faceret unum ebutium instituere heredem. hæc amoris pignora cum essent nec quicq̃ secretum alter ab altero haberent p uocum adolescens uetat eam mutari si p aliquot noctes secubuisseẽt. Religionis se causa ut uoto pro ualitudine sua facto liberetur bachis initiari uelle. Id ubi mulier audiuit perturbata dii meliora inquit mori & sibi & illi satius esse q̃ id facere. & in caput eius detestari minas periculaq; quibus id suasissent. Admiratus tum uerba tum perturbationem adolescens parcere execrationibus iubet. Matrem id sibi assentiente uitrico imperasse. Vitricus ergo inquit tuus. matrem enim insimulare forsitan fas non sit pudicitiam formam famam spem uitamq; tuam perditum ire hoc facto properat. Eo magis mirabundo quærenteq; quid rei essẽt pacem ueniamq; precata deos deasq; si cecata carptate ei silenda nuntiasset ancillam se aut domine comitem id sacrarium intrasse liberam nunq̃ eo accessisse. Scire corruptelas omnis generis eam officinam esse. Etiam brẽmo consultare neminem initiatum ibi maiorem. xx. annis ut qui introductus sit uelut uictimã tradi sacerdotibus. Eos deducere in locum qui circumsonet ululatibus cantuq; symphoniæ & cimbalos & tympanos pulsu ne uox quæreretur cui p uim stuprum inferretur exaudiri pos

ſet. Orare inde atq obſecrare ut eam rem quocunq modo diſcineret ne ſe eo precipitaret ubi
omnia infanda panienda primum deinde facienda eſſent. Neq ante dimiſit eum q̄ fidem dedit
adoleſcens ab ui ſacris ſe temperaturum. Poſtq̄ domum uenit & mater mentionem intulit quid
eo die quid deincepſ ceteris quæ ad ſacra pinerent faciendum eſſet negat eor ſe quicq̄ facturum
nec mutuari ſe in animo eſſe. Aderat ſermoni uitricui. confeſtim mulier exclamat. Hiſpale con
cubitu carere eum decem noctes non poſſe. Illius exteræ delenimentis & uenenis inbutum nec
parentis nec uitrici nec deor uerecundiam habere. Iurgantes hinc mater hinc uitricus cum qua
tuor eum ſeruis domo exegerunt. Adoleſcens inde ad ebutiam ſe amitam contulit cauſamq cur
eiectus eſſet narrauit. Deinde ex auctoritate eius poſtero die ad conſulem poſtumium arbitris
remotis rem detulit. Conſul poſt diem tertium redire ad ſe uiſum dimiſit. Ipſe ſulpitiam gra
uem feminam ſocrum ſuam pcontatus eſt quam animum ebutiam ex auentino noſſet cum eam
noſſe probam & antiqui moris feminam reſpondiſſet. opus eſſe ſibi ea comenta dixit mitte
ret nuntium ad eam ut ueniret. Ebutia accita ad ſulpitiam uenit. & conſul paulo poſt uelut
forte interueniſſet ſermonem de ebutio fratris eius filio infert. Lacrimæ mulieri obortæ &
miſerari caſum adoleſcentis cepit qui ſpoliatus fortunis á quibus minime oporteret apud ſe tuc
eſſet eiectus á matre quod probus adoleſcens diu propius eſſent obſcenis ut fama eſſet ſacris
imutari nollet. Satis exploratum de ebutio ratus conſul non uanum auctorem eſſe. ebutia di
miſſa ſocrum rogat ut hiſpalam indidem ex auentino libertinam non ignotam uicinæ ac
cerſeret ad ſeſe. Eam quoq eſſe quam pcontari uellet. ad cuius nutum perturbata hiſpala
quod ad tam nobilem & grauem feminam ignara cauſæ accerſerentur poſtq̄ lictores in ueſtibulo
turbamq conſulemq ipſum conſpexit prope exanimata eſt. In interiorem partem ædium ad
ductam ſocrum adhibita conſul ſi uera dicere inducere in animum poſſet negat perturbari
debere. Fidem uel ab ſulpitia tali femina uel ab ſe acciperet. exprometet ſibi quæ in ludo
ſimile bachanalibus in ſacro nocturno ſolerent fieri. Hæc ubi audiuit tantus pallor tremorq
omnium membror mulierem cepit ut diu hiſcere non poſſet. Tandem confirmata puellam
admodum ſe ancillam imitatam cum domina aut aliquot annis. ex quo manumiſſa ſit ni
hil quid ibi fiat ſcire. Iam idipſum conſul audire cum imitatam ſe non inficiaretur. Sed &
cetera eadem fide exprometet. Negauit ultra quicq̄ ſcire non eadem dicere ſi coarguatur
ab alio ac fateri ueniam aut gratiam fore cum ubi omnia expoſuit. Nam qui ab illa audi
ſet alia multum haud id quod erat ebutium iudicem rata eſſet ad pedes ſulpitiæ procidit
& eam primo orare cepit ne mulieris libertinæ cum amatore fidem in rem non ſeriam ſed
capitalem etiam ueri uellet ſentiendi eius cauſa non quo ſciret quicq̄ eam locutam eſſe.
Hic poſtumius accenſus ira tum quoq aut eam cum ebutio ſe amatore cauillari credere non
in modo grauiſſimæ feminæ & cum conſule loqui & ſulpitia anollere pauentem ſimul illā
adhortari ſimul iram generi leuire. Tandem confirmata multum incuſata perfidia ebu
tii qui optime in eo ipſo meritæ talem gratiam retuliſſet magnum ſibi metum deor quor
occulta inuia nunciaret maiorem multo dixit hominum eſſe qui ſe iudicem manibus ſuis
diſcerptum eſſent. Itaq hoc ſe ſulpitiam hoc conſulem orare ut ſe extra uiam aliquo able

garent ubi reliquum uitæ degere uito possẽ & bono animo esse uibere eam consul. Sibi ci
ræ fore dicere ut romæ uito habitarẽ. Tum hispala originem sacroꝝ expromit primo
sacrarium id femináꝝ fuisse nec quemq̃ eo uirum admitti solitum. Tres in anno dies statu
tos habuisse quibus interdiu bachis imitarentur. Sacerdotes inuicem matronas creari soli
tas. paucillam animiam asopanam sacerdotem omnia tanq̃ deum monitu mutasse. Nam
& uiros eam primam filios suos iniasse animum & berennium. Et nocturnum sacrum
ex diurno & pro tribus in anno diebus quinos singulis mensibus diem initiorꝝ fecisse ex quo
inde promiscua sacra sint & permixti uiri feminis & noctis licentia accesserit nihil ibi faci
noris nihil ibi flagitii præter missum. Plura uirorꝝ inter sese q̃ feminarꝝ stupra esse. Siqui
minus patientes dedecoris sint & pigriores ad facinus pro uictimis immolari. nihil nefas du
cere. hanc summam inter eos religionem esse. Viros uelut mente capta cum tactatione fana
tica uaticinari matronas bacchari habitu crinibus sparsis cum ardentibus facibus decurrere ad
tiberim dimissasq; in aquam faces quia uiuum sulphureum calce insit integra flamma efferre.
Raptos ab iis homines dici quos machinæ illigatos ex conspectu in abditos specus abripiant eos
esse qui aut coniurare aut sociari facinoribus aut stuprum pati noluerint. Multitudinem
ingentem alterum iam prope populum esse. in iis nobiles quosdam uiros feminasq. Biennio
proximo institutum esse nequis maior. xx. annis iniuraretur. Captare ætates & erroris & stu
pri patientes. Pacto indito aduoluta rursus genibus preces easdem ut se ablegaret repetiuit
Consul socerum rogat ut aliquam partem ædium uacuam faceret quo hispala ĩmigraret. Cena
culum super ædes datum est scalis feretribus in publicum obseptis. Adiuncto ædis uerso res
omnes fecemiæ extemplo translatæ & familia accersita & ebitus migrare ad clientem consu
lis iussus. Ita cum indices ambo in potestate essent rem ad senatum postumius defert. Omnib⁹
ordine expositis quæ delata primo quæ deinde ab se inuestigata forent patres pauor ingens
cepit. Cum publico nomine quid ea coniurationes cæusq; nocturni fraudis occultæ aut pecu
lium importarent. tum priuatim suorꝝ quisq; uicem ne quis affinis noxiæ esset. Censint anẽ
senatus gratias consuli agendas quod eam rem & cum singulari cura & sine tumultu inuesti
gasset. Quæstionem deinde de bachanalibus sacrisq; nocturnis extra ordinem mandant indi
cibus ebrio ac fecemiæ ne fraudi ea res sit curare & alios illicere præmiis inuitari iubent.
Sacerdotes eorꝝ sacrorꝝ seu uiri seu feminæ essent non romæ modo sed p omnia fora & concili
abula conquiri ut in consulum potestate essent. Edici præterea & in urbe roma & per ita
ualiam emitti ne quis qui bachis initiatus essẽt cosse aut conuenisse sacrorꝝ causa. uelit nei
quid talis rei duminæ fecisse. Ante omnia dum quæstio de iis habeatur qui cossent coniura
sentq; quo stuprum flagitiumue inferrent hec senatus decreuit. Consules ædilibus imperarunt
ut sacerdotes euius sacri omnes conquirerent comprehensosq; libero condam ad quæstionem ser
uarent. Ediles plebis uidere nequa sacra in operto fierent. Triumuiri capitalibus mandatum
est ut uigilias disponerent p urbem seruarent ne qui nocturni cœtus fierent uiq; ab incendiis
cauerent. Aduntores iterum iussi quinq; uiri uti cassiberum suæ quisq; regionis ædificia præessent
Ad hæc officia dimissis magistratibus consules in rostra escenderunt. & contione aduocata cum so

lemnem carmen precationis quod prefari prius q̃ populum alloquantur magistratus pere
gisse & consul ita cepit. Nulli unq̃ comitiõ equidem tam non solum apta sed etiam necessa
ria haec solemnis deõr comprecatio fuit quae uos admoneret hos esse deos quos colere ueneran
precari maiores nostri instituissent. non illos qui prauis & externis religionibus captas mentes
uelut furialibus stimulis ad omne scelus & ad omnem libidinem agerent. Equidem nec qd
taceam nec quatenus proloquar inuenio si aliquid ignorabitis ne locum neglegentiae dem. Si
omnia mutauero ne nimium terroris effundam uobis uereor. Quicquid duxero minus q̃ pro
atrocitate & magnitudine rei dictum scitote esse ut ad cauendum satis sit. Dabatur opera
á nobis. bachanalia tota pridem italia & nunc p urbem etiam multis locis essent non fama
modo accepisse uos sed crepitibus etiam ululatibus nocturnis qui psonant tota urbe certum ha
beo. ceterumq; hereses ignorare. Alios deõr aliquem cultum alios concessum ludum & lasciuiã
credere esse. & qualecunq; sit ad paucos pertinere quod multitudinem eõr si duxero multa
milia hominum esse necesse est exterrere animos nisi adiunxero qui quales sint. Primum igi
tur mulierũ magna pars est. & is fons mali huiuscemodi fuit. Deinde similimi feminis mares
stupratu. & constupratores fanatici. Vigiles uino strepitibusq; nocturnis attonitu. Nullas adhuc
uires coniuratio. ceterum incrementum ingens uirium habet quod in dies plures fiunt. Ma
iores nostri ne nos quidem nisi cum aut uexillo in arce posito commoñ causa exercitus edictus
esset aut plebi concilium tribuni edixissent aut aliqui ex magistratibus ad contionem uocas
sent forte temere conire uoluerunt. & ubicunq; multitudo esset ibi & legionum rectorem
multitudinis censebant esse debere. Quales primum nocturnos coetus deinde promiscuos mu
lierũ ac uirorũ esse creditis? Si quibus etatibus iniecerit mares scitus non miserat uos eõr so
lum sed pudeat. hoc sacramento imitatos iuuenes militet faciendos censetis? his ex obsceno sacra
rio eductis arma cõmittenda? Ii cooperti stupris suis alienisq; pro pudicitia coniugum ac li
berorũ uestrorũ ferro decernent. Minus tamen esset si flagitiis tantum effeminati forent uporũ
id magna ex parte dedecus erat á facinoribus manus mentem á fraudibus abstinuisse. Nunq̃
tantum malum in R.P. fuit nec ad plures nec ad plura pertinens. Quicquid scelere peccatum
est ex illo uno sacrario scitote ortum esse. Nec omnia in quae coniurarunt edita facinora ha
bent á priuatis noxiis quia nondum ad R.P. opprimendam satis uirium est coniuratio se se
impia tenet. Crescit & serpit quotidie malum. Iam manus est q̃ capere id priuata fortuna
possit. Ad summam rem p. spectat nisi praecauerimus quae iam huic diurnae legumae ab con
sule uocatae par nocturna contio est poterit. Nunc illi uos singuli uniuersos contionantes
tument iam. Vbi uos dilapsi domos & in rura uestra eritis illi coierint consultabunt de sua
salute simul ac uestra pernitie. Tum singulis uobis uniuersi timendi erunt. Optare igitur
unusquisq; nostrum debet ut bona mens sit omnibus fuerit. Si quem libido furor in illum
gurgitem arripuit illorũ eum cum quibus in omne flagitium & facinus coniurauit non iudi
cem esse ne quis etiam errore labatur uestrum quod non sum securus. Nihil enim in spe
ciem fallacius esse q̃ prava religio ubi deõr numen praetenditur celerius subit animũ timor
ne fraudibus humanis uindicandis diuina uiris aliquid immixtum uolemus. hac uos reli

gione innumerabilia decreta pontificum senatusconsulta aruspicum denique responsa liberant. Quo
uens hoc patrum auoq; ætate magistratibus negotium datum est uti sacra externa fieri uetarẽt.
Sacrificulos uatesq; foro circa urbem prohiberent. Etiam libros conquirerent comburerentq;
omnem disciplinam sacrificandi præter q̃ more romano abolerent: iudicabant enim prudentissimi uiri omnis diuum humanumq; iuris nihil æque dissoluendæ religionis esse q̃ ubi non patrio sed externo ritu sacrificaretur. hæc uobis prædicenda ratus sum ne qua superstitio agitaret animos uestros cum demolientes nos bachanalia discutientesq; nefarios cœtus cerneretis.
Omnia dis propitius uolentibusq; ea faciemus qui quia suum numen sceleribus libidinibusq; contaminari indigne ferebant ex occultis ea tenebris in lucem extraxerunt nec patefieri ut impunita essent sed ut iudicarentur uoluerunt. Senatus quæstionem extra ordinem mihi collegæq; meo demandauit. Nos quæ ipsis nobis agenda sunt impigre exequemur. Vigiliarum nocturnaq; curam p urbem minoribus magistratibus mandauimus. Vos quoq; æquum est quæ uestra munia sunt quo quisq; loco positus erit quod imperabitur impigre præstare & dare operam ne quid fraude noxiaq; periculi aut tumultus oriatur. Recitari deinde senatusconsulta iusserunt indiciq; præmium proposuerunt si quisq; ad se adduxisse nomen uel á præsentibus detulisset. Qui nominatus profugisset diem se certam finituros ad quam nisi citatus respondisse absens damnaretur. Si quis eoq; quo tum extra italiam esset nominaretur ei latorem daturos diem si uenire ad causam dicendam uellet. Edixerunt deinde nequis quid fugæ causa uendidisse neue emisse uellet ne quis reciperet celaret ope ulla iuuaret fugientes.
Contione dimissa magnus terror tota urbe fuit. nec mœnibus se tantum urbis continuit aut finibus romanus sed passim per totam italiam literis hospitum de .s.c. & contione & edicto consulum acceptus trepidari cœptum est. Multa ea nocte quæ diem insecuta est quo in contione res palam facta est custodibus circa portas positis fugientes á triumuiris comprehensi & reducti sunt.
Multorq; nomina delata quidem exciti uiri feminæq; mortem sibi consciuerunt. Conuras se supra septem milia uirorq; ac mulierq; dicebantur. Capita autem coniurationis constabat esse .M. catinum de plebe romana & faliscum .L. opternium & minium cerrinum campanum.
Ab iis omnia facinora & flagitia orta. eos maxumos sacerdotes conditoresq; eius sacri esse. Data opera ut primo quoq; tempore comprehenderentur. Adducti ad consulem fassique de se nullam moram iudicio fecerunt. Cæterum tanta fuga ex urbe facta erat ut quia mulctæ sanctiones & res peribant cogerentur prætores. T. meuius & .M. lucinius per senatum rem in diem tricesimum differre donec quæstiones á consulibus perficerentur. Eadem solitudo qua romæ non possidebant nec inueniebatur quorq; nomina delata erant coegit consules circa fora proficisci ibiq; quærere & iudicia exercere. Qui tantum minuti erant & ex carmine sacro precationes fecerant in quibus nefanda coniuratio in omne facinus ac libidinem conuenebat nec earq; rei ullam in quas iureiurando obligati erant in se aut alios admiserant eos in lucum culis relinquebant. Qui stupris aut cædibus uiolati erant qui falsis testimoniis signis adulterinis subiectione testamentorq; fraudibus aliis contaminati eos capitali pœna afficiebant.
Plures necati q̃ in uinculis comperti sunt. Magna uis in utraq; causa uirorq; mulierq; fuit.

Mulieres damnatas cognati aut in quorum manu essent tradebant ut ipsi in priuato animaduerterẽt in eas. Si nemo erat idoneus supplicii exactor in publico animaduertebatur. Datum deinde consulibus negotium est ut omnia bachanalia romæ primum deinde p totam italiam diruerent extra q̃ siqua ibi uetusta ara aut signum consecratum essẽt in reliquum. Deinde .S.c. cautum est nequa bachanalia romæ neu in italia essent. Siquis tale sacrarium solemne & necessarium duceret & nec sine religione & piaculo se diminere posset aut prætorem ut profiteretur prætor senatum consulerẽt si ei permissum essẽt cum insenatu centum non minus essẽt ita id sacrum facerẽt dum ne plus q̃ sacrificio essẽt neu quæ pecunia cõmunis. neu quis magister sacrorum aut sacerdos essẽt. Aliud deinde huic conuentum. referente quinto apuano consule senatusconsultum factum est ut de iis quos pro iudicibus consules habuissent integra res ad senatum referretur

Cum sempronius postumius quæstionibus perfectis romam rediissẽt minium cerrinum campanum ardeam in uincula mittendum censuerunt magistratibusq; ardeatium prædicendũ ut intentiore cum custodia asseruarent non solum ne effugeret uerum etiam ne mortis conscisceꝺæ locum haberẽt. Sempronius postumius aliq̃to post romam uenit. Eo referente de P. ebutii & hispale fecenniæ præmio quod eorum opera indicta bachanalia essent senatusconsultum factum est ut in singulis centena milia æris quæstores urbani ex ærario darent. utriq; consulibus cum tribunis placere ut ad plebem primo quoq; tempore ferrent ut. P. ebutio emerita stipendia essent ne inuitus militaret neue censores equum publicum assignarẽt utriq; fecenniæ hispale dotis deminutio genus seruitutis optio ita esse quam ei uir testamento dedisse. utriq; ei ingenuo nubere licerẽt. Neu quid ei qui eam duxisse ob id fraudi ignominiæue essẽt. Vtriq; consules prætoresq; qui nunc essent prætoresq; quique postea futuri essent curarent ne quid ei mulieri iniuriæ fieret utriq; uoto essẽt. Id senatum uelle & æquũ censere ut fierent ea omnia. Lata ad plebem factaq; sunt ex. s.c. De cæterorum iudicum impunitate præmiisq; consuli permissum est. Etiam. Q. marcius quæstionibus suæ regionis perfectis in ligures propinquos proficisci parabat tribus milibus peditum romanorum centum quinquaginta equitibus & quinq; milibus latini nominis peditum ducentis equitibus in supplementum acceptis. Eadem prouincia idem numerus peditum equitumq; & collegæ decretus erat exercitus acceperunt quos priore anno. cn. flaminius & M. æmilius cõsules habuerunt. Duas præterea legiones nouas ex. s.c. scribere missi sunt. & decẽmilia peditum socii & latini nominis imperarunt & equites octingentos & tria milia peditum romanum ducentos equites. totum hunc exercitum præter legiones in supplementum hispanensis exercitus duci placebat. Itaq; consules dum ipsi quæstionibus impediebantur. T. meuium delectu habendo præfecerunt. Perfectis quæstionibus prior. Q. marcius in ligures apuanos est profectus. dum penitus in abditos saltus quæ latebræ receptacula q illis semp fuerant sequitur inpræoccupatis angustiis loco iniquo est circumuentus. Quattuor milia militum amissa & legionis secundæ signa tria. undecim uexilla socium latini nominis in potestatem hostium uenerunt. & arma multa quæ qua impedimento fugientibus p siluestres semitas erant passim iactabantur priusq; sequendi ligures finem q̃ fugæ fecerunt. Consul ubi primum ex ho

stium agro euasit ne q̃um dimittẽ copiæ forent appareret in locos pacatos exercitum dimisit
Non tamen obliterare famam rei gestæ potuit. nam saltus unde eum hostes fugauerant mar
tius est appellatus. Sub hunc nuntium ex hispania uictarum hiemem ex hispania mixtam gau
dio tristitiam afferentes recitatæ sunt. Cneus cornutus qui biennio ante prætor in eam prouin
ciam profectus erat cum lustratis in agro astensi signis collatis pugnauit ad sex milia hostium sunt
cæsa cæteri fusi & fugati castrisq; exuti. Ad opidum deinde hastam oppugnandum legiones du
cit. Id quoq; haud multo maiore certamine cepit q̃ castra. Sed dum meantis subit muros ictus
ex uulnere post dies paucos moritur. Literis de morte propr: recitatis senatus censuit mitt̃
dum qui ad lunæ portum. cx. talentum prætorem consequerentur nummarentq; senatum
æquum censere ne sine imperio prouincia essẽ maturare eum proficisci. Quarto die qui missus
erat lunam uenit paucis ante diebus calpurnius profectus erat & in citeriore hispania. L. man
lius acidinus qui eodem tempore quo cornutus in prouincia erat cum celtiberis acie conflixit in
certa uictoria discessum est nisi quod celtiberi castra inde nocte proxima mouerunt. Roma
nis & suos sepeliendi & spolia legendi ex hostibus potestas facta est. Paucos post dies maiore
coacto exercitu celtiberi ad calagurrim oppidum ultro lacessiuerunt prælio romanos. Nihil tra
ditur quæ causa numero aucto firmiores eos fecerit. Superati prælio sunt. ad duodecim milia
hominum cæsa plus duo capta & castris romanis potiuntur & nisi successor aduentu suo inhibuisset
impetum uictoris subacti celtiberi forent. Non prætores ambo in hiberna exercitus deduxe
runt. Per eos dies quibus hæc ex hispania nuntiata sunt ludi tauri per biduum facti religio
nis causa. Decem apparatos deinde ludos. M. fuluius quos uouerat ætholico bello fecit. Multi
artifices ex græcia uenerant honoris eius causa. Athletæ quoq; certamen tum primo romanis
spectaculo fuit. & uenatio data leonum & pantherarum & prope unius seculi copia acuariorum
ludicrum celebratum est. Nouendiale deinde sacrum tenuit quod in piceno per triduum lapi
dibus pluerat igneisq; cælestes multifariam orti adduxisse q̃plurimum leti afflatu uestimenta ma
xime dicebantur. Addita & unum diem supplicatio est ex decreto pontificum quod ædis opis in
capitolio de cælo tacta erat. hostiis maioribus consules procurarunt urbemq; lustrauerunt. Subidẽ
tempus & ex umbria nuntiatum est semimarem duodecim ferme annos natum inuentum. Id pro
digium abominantes arceri romano agro necariq; q̃primum iusserunt. Eodem anno galli transal
pini transgressi in ueneti̇am fine populatione aut bello haud procul inde ubi nunc aquileia est
locum oppido condendo ceperunt. Legatis romanis de ea re trans alpes missis responsum est neq;
profectos ex auctoritate gentis eos nec quid in italia facerent scire. L. scipio ludos eo tem
pore quos bello antiochi uouisse se dicebat ex collata ad id pecunia ab regibus ciuitatibusq; per
dies decem fecit. Legatum eum post damnationem & bona uendita missum in asiam ad dir
mendas inter antiochum & eumenem reges certamina. Valerius annalis est auctor. tum collatas
ei pecunias corrogatosq; per asiam artifices & quos ludos post bellum in quo uotos dicere men
tionem non fecisse. de iis post legationem denuum in senatu actum. Cum iam in exitu ānus
esse & quintus marcius absens magistratu abiturus erat. Sempronius postumius quæstoribus
cum summa fide curaq; perfectis commissa habuit. Creati consules sunt appius claudius pulcher

M. sempronius tuditanus. Postero die prætores facti. P. cornelius celsus. A. postumius albinus. C. arrunus stellus. C. atilius serranus. L. postumius tensanus. M. claudius marcellinus. Postremo anni quia sempronius postumius consul renuntiauerat peragrantem sepper quæstiones utrunq; lutus italiæ desertas colonias sispontum supo buxentum infero mari inuenisse. Triumuiri ad colonos eos scribendos ex. s. c. ab. L. manio prætore urbano creati sunt. L. scribonius libo & M. iunius. cn. bebius tamphilus. Cum perseo rege & macedonibus bellum quod imminebat non unde plerisq; opinantur nec ab ipso perseo causa cepit. Inchoata inuia ab ipso philippo sunt & ipse si diuitus uixisset id bellum gessisset. Vna eum res cum denuncto legesimponerentur maxime angebat quod qui macedonum abse defecerant in bello in eos uis seruendi adempta ea absentia erat tum quia rem integram quinuis in conditionibus pacis distulerat non desperasse impetrari posse. Antiocho deinde bello superato ad thermopilas rege duntaxat partibus cum per eosdem consul acilius heracleā philippus lamiam oppugnasset capta heraclea quia uisus abscedere a mœnibus lamiæ erat romanisq; oppidum deditum est. ægre eam rem tulerat permulsit iram eius consul quod ad naupactum ipse festinans quo se ex fuga ætoli contulerant philippo priusit athamaniam. Et amynandro bellum infert. Vrbes quas thessalis ætoli ademerant regno adicere. haud magno certamine & amynandrum athamania expulerat & urbes receperat aliquot. Demetriadem quoq; urbem ualidam & ad omnia oportunam & magnas tum gentes suæ ditionis fecit. Inde & in thracia quasdam urbes nouæ atq; insuetæ libertatis uitio seditionibus principum turbatas partimq; domestico certamine uncerentur adiungendos se cæpit. his sedata in præsentia regis ira in romanos est. nunq̄ tamen remisit animum a colligendis in pace uiribus quibus quando data fortuna esset ad bellum uteretur. Vectigalia regni fructibus non tantum agroꝝ portoriisq; maritimis auxit sed metalla etiam & uetera intermissa recoluit. noua multis locis instituit. Vt ũ antiquam multitudinem hominum quæ belli cladibus amissa erat restitueret non sobolem tantum surgis parabat cogendis omnibus procreare atq; educare liberos sed thracum etiam magnam multitudinē in macedoniam traduxerat. quietusq; aliq̄diu a bellis omni cura in augendas regni opes intentus fuerat. Rediere deinde causæ quæ de integro iram mouerent in romanos thessaloꝝ & perrhebioꝝ querelæ urbibus suis eo possessis & legatoꝝ eumenis regis de thracis oppidis per uim occupatis traductaq; in macedoniam multitudine. Ita auditæ erant ut eas non neglegi satis appareret. Maxime monerat senatum quod iam etiam & maronea affectari possessionem audierant. Minus thessalos curabant. Athamanes quoq; uenerunt legati non partis amissæ non finium iacturam quererentes sed totam athamaniā sub uis iudicium q; regis uenisse & maroniteꝝ exules erant pulsi quia libertatis causam defendissent a regio præsidio. Et non maroniam modo sed etiam enum in potestate nūciabant philippi esse. Venerant & a philippo legati qui nihil nisi permissu romanoꝝ imperatoꝝ factum affirmabant. Cuncta thessaloꝝ & perhebioꝝ & magnetum & cum amynandro athamanum gentem in eadem causa qua ætolos fuisse. Antiocho rege pulso

occupatum oppugnandis ætholicis urbibus consulem. ad recipiendas eas ciuitates philippum mis
sum. se armis subactos parere. Senatus nequid absente rege statueret & legatos ad eas contro
uersias disceptandas misit. Q. cæcilium metellum. M. bebium tamphilum. T. sempronium
quos sub aduentu ad thessalica tempe omnibus iis ciuitatibus cum rege disceptatio erat. Conci
lium indictum est. Ibi cum romani legati disceptatorum loco thessali perrhebiq & athamanes
haud dubiu accusatores philippus ad audienda crimina tanq reus conscendisset pro ingenio qsq
eorum qui principes legationum erant & gratia cum philippo aut odio acerbius leniusue ege
runt. In controuersiam autem uenebant philippo polistrica phaloria & euronomen & cætera
circa eas oppida. Vtrum thessalorum uris cum ui ademptæ possessq ab ætholis forent. Nam
philippum ademisse eas constabat. an ætholica antiquitus ea oppida fuissent. uta enim aciliu
regi concessisse si ætholorum fuissent si uoluntate non si ui atq armis coacti cum ætholis essent
Eiusdem formulæ disceptatio de perrhebiorum & magnetum oppidis fuit. Omnium enim ura
possidendo p occasiones ætholis miscuerant. Ad hæc quæ disceptationis erant querelæ thessa
lorum adiectæ quod ea oppida sua iam redderentur sibi spoliata ac deserta redditurus esset. Nam
præter belli casibus amissos quingentos principes iuuentutis in macedoniam abduxisse & opera
eorum in seruilibus abiti ministeriis. & quæ reddiderit coactus thessalis munitia ut redderet ci
tasse. Thebas phthias unum maritimum emporium fuisse quondam thessalis questuosum &
frugiferum. Ibi nauibus onerariis comparatis regem quæ præter thebasidem & triadem cursum
dirigerent negotiationem maritimam omnem in eo auertisse. Iam ne á legatis quidem qui iure
gentium sancti sint uiolandis abstinere. Insidias positas eumbus ad. T. quintium. Itaq ergo
in tantum metum omnes thessalos coniectos ut non in ciuitatibus suis non in cõmunibus gentis
conciliis quisq hiscere audeat procul enim abesse libertatis auctores romanos. Latere adherere
grauem dominum prohibentem ui beneficiis P.R. Quid autem si mox libera non sint liberi
esse? Nunc se fiducia & præsidio legatorum ingemiscere magis q loqui. Nisi prouideant aliqd
romani quæ & græcis macedoniam accolentibus metus & audacia philippi minuatur neqq
& illum uinctum & se liberatos esse. hoc acerbe postremum cum priores leuiter pmulsissent
iram eius petentes ut ignoscere & pro libertate loquentibus & ut deposita domini acerbitate
assuescerent socium atq amicum se se præstare & mutarentur populum romanum qui cari
tate q metu adiungere sibi socios mallet. Thessalis auditis perrhebi conocondilum quod phi
lippus olympiadem appellauerat perrhebiæ fuisse & ut sibi restituerentur agebant & de mal
loea & ericino eadem postulatio erat. Athamanes libertatem repetebant & castella atheneum
& pæneum. Philippus ut accusatoris potius q rei speciem haberet & ipse á thessalis orsus mene
laidem nitiopiam quæ regni sui fuisse & thessalos ui atq armis expugnasse quæstus est. Item
petram imperiam ab iisdem thessalis perrhebisq captam. Ximas quidem haud dubie ætho
licum oppidum sibi contribuisse eos. & per achelooida quæ sub athamania esset nullo iure thes
salorum formulæ faciam. Nam quæ sibi crimina obiciantur de insidiis legatorum & maritimis
portibus frequentatis aut deserti alterum ridiculum esse reddere rationem quos portus mer
catores aut nautica petant. Alterum mores puerosue tot annos esse per quos nunq cessa

uerint legan nunc ad imperatores romanos nunc romam ad senatum crimina de se de
ferre. quem nunq̃ uolatum uerbo esse. Semel omnibus ad quintum insidias dica factas
Sed quid ut accidere non adica. querentium quid falso obicant cum uero nihil habeant
ea crimina esse. Insolenter & immodice abuti thessalos indulgentia P.R. uelut ex diu
turna sui nimis aunde seram haurientes libertatem. Itaq; seruos modo praeter spem
manumissos licentiam uocis & linguae experiri se se insectatione & conuitiis dominos
Etiam deinde ira adiecit nondum omnium dierum solem cecidisse. Id minaciter dictum
non thessali modo in se se sed etiam romani acceperunt. Et cum fremitus post eam uocē
ortus & tandem sedatus esset perrhebios unde arbamanumq; legatus respondit. Et andē
de quibus illi agant ciuitatum causam esse. Consulem aciliam & romanos sibi dedisse
eas cum hostium essent. Si suum munus qui dedissent adimere uelint. si recedendum esse
meliori & fideliori amico in grauiam leuium & inutilium socios. iniuriam eos facturos
Nec enim ullius rei minus diuturnam esse gratiam q̃ libertatis praesertim apud eos qui
male utendo eam corruptum sint. Causa cognita promiserunt legati placere de
duci praesidia macedonum ex ciuitatibus & antiquus macedoniae terminus regnum finiri
de iniuriis quas ultro citroq; illatas quaerebantur quomodo inter eas gentes & macedonas
disceptetur formulam iuris exequendi constituendam esse. Inde grauiter offenso rege
thessalonicen ad cognoscendum de thraciae urbibus proficiscuntur. Ibi legati cumenis.
Si liberas esse enim & maroneam uelint romani nihil sibi prioris esse ultra dicere q̃ ut
admoneant regem ut non uerbo eos liberos relinquant nec suum munus intercipi ab alio
patiantur. Si autem minor cura sit ciuitatum in thracia positarum multa uerius esse quae
sub antiocho fuerint praemia belli cumenem q̃ philippum habere uel pro patris auxilio me
ritus bello quod aduersus philippum ipsum gesserit. uel sui quo antiocho bello terra mariq
laboribus periculisq omnibus interfuerit habere cum. Praeterea decem legatorum in eam rē
praeiudicium qui cum chersonesum lysimachiam dederit maroneam quoq atq enim
dedisse quae ipsa propinquitate regionis uelut ad pedicas maioris muneris essent. Nam ad
philippum quidem quo merito in P.R. aut uire imperii cum tam procul a finibus macedo
niae absint. ciuitatibus ut praesidia imposuisse. Vocari maronitas uberemur. Ab his certiora om
nia de statu ciuitatum earum scimus. Legati mantuam uocati non uno tantum loco praesidium
esse regium sicut in aliis ciuitatibus dixerunt. Sed pluribus simul & plenam macedonum
maroneam esse. utq dominari senatores regios. ut soli loqui & in senatu & in contionibus li
cere. Eos omnes honores & capere ipsos & dare alios optimum quemq. Quibus libertatis quis
legum cura sit aut exulare pulsos patria aut inhonoratos & deterioribus noxios silere. De
iure etiam finium pauca adiecerunt. Q. fabium labeonem cum in ea regione fuisset dire
xisse finem philippo ueterem regnumq thraci patere iam. Sub ea musq̃ ad mare ferentem
defleaxisse iam qua maronitas urbes agrosq amplectatur. Ad ea philippus longe aliam
q̃ aduersus thessalos prhebiosq nuper ingressus differendi iam. non cum maronitanis inqt
imb aut cum cumene disceptano est sed iam uobiscum romani. a quibus nihil aequi me

impetrare iamdiu animaduerto. Ciuitates macedonum quæ á me inter inducias defecerant reddi mihi æqum censebam. Non quia magna accessio ea regni futura essẽt. Sunt enim & parua oppida & in finibus extremis posita. sed quia multum ad reliquos macedonas continendos exemplum pertinebat. negatum est mihi. Bello ætholico lamiam oppugnare iussus á consule. M. acilio cum diu fatigatus ibi operibus præclusq; essem transcendentem me iam muros á capta prope urbe reuocauit consul & abducere copias inde coegit. Ad huius solatium inuriæ pmissum est ut thessaliæ perrhebiæq; & athamanum reciperem quedam castella magis q̃ urbes. Ea quoq; ipsa uos mihi. Q. cæcili paucos ante dies ademistis pro non dubio. paulo antẽ si diis placet legati eumenis sumebant quæ antiochi fuerunt. Eumenis æquius esse q̃ me habere. id ego longe aliter iudico esse. eumenes enim non nisi uicissent romani sed nisi bellum gessissent manere in regno suo non potuit. Itaq; ille uestrum meritum habet. non uos illius. Mea autem regni tantum aberat ut nulla pars in diserimine fuerit ut tria milia talentum & quinquaginta rectas naues & omnes græciæ ciuitates quas antea tenuissem pollicentem ultro antiochum in mercedem societatis sim aspernatus. hostemq; ei me esse plus etiam q̃. M. acilius exercitum in græciam traiceret prætuli & cum eo consule belli partem quãcũq; mihi delegauit gessi. & insequenti consuli. L. scipioni cum terra statuissẽt ducere exercitum ad hellespontum non iter tantum p regnum nostrum dedi sed uias etiam munitas pontes feci commeatus præbui nec p macedoniam tantum sed p thraciam etiam. ubi inter cætera pax quoq; præstanda á barbaris erat. Pro hoc studio meo erga uos. nec dicam merito. utrum adiicere uos romani aliquid & amplificare & augere regnum meum munificentia uestra oportebat. An quæ haberem aut meo iure aut beneficio uestro eripere? Id quod nunc facitis. macedonum ciuitates quas regni mei fuisse fatemini non restituuntur. eumenes tanq̃ ad antiochum spoliandum uenit me. & si diis placet decem legatorũ decretum pecuniæ calumniæ impudentissimæ prætendit quo maxime repelli & coargui potest. Diserissime enim planissimeq; in eo scriptum est cherronesum & lysimachiam eumeni dari ubi tandem eius & maroneæ & thraciæ ciuitates adscriptæ sint? Quod ab illis non postulare qdẽ est ausus id apud uos uelut referre. Si tanq̃ inimicum & hostem insectari propositum est pergite ut cœpistis facere. sin aliquis est respectus mei ut socii atq; amici regis deprecor ne me tanta iniuria dignum iudicetis. Mouit aliq̃um oratio regis legatos. itaq; medio responso rem suspenderunt. Si decem legatorũ decreto eumeni dare ciuitates hæ essent nihil se mutare. Si philippus bello cæpisset eas præmium uictoriæ iure belli habiturum. Si neutrum eorũ foret cognitionem eorũ placere senatui reseruare & ut omnia in integrum manerent præsidia quæ in eis urbibus sint deduci. hæc causæ maxime animum philippi alienarunt ab romanis. ut non á perseo filio eius nouis cauisimotum sed ob has á patre bellum relictum filio uideri posset. Romæ nulla macedonici belli suspitio erat. L. manlius proconsul ex hispania redierat cui postulanti ab senatu in æde bellonæ triumphum rei gestæ magnitudo impetrabilem faciebat. Exemplum obstabat quod ita comparatũ more maiorũ erat ne quis qui exercitum non deportasset triumpharet nisi pdomitam pacatamq; prouinciam tradidisset successori. Meditus tamen honos manlio habitus ut ouans urbem iniret. Tulit coronas aureas quinquaginta duas. auri præterea pondo centum triginta duo. argenti trecenta. & pronuntiauit in senatu quinq; milia pondo argenti & octuaginta auri. Q. fabium quæ

storem aduehere. Id quoq; se in ærarium delaturum. Magnus motus seruilis eo anno in apulia fuit. Tarentum prouinciam. L. postumius prætor habebat. Is pastoq; coniuratione qui uias latrocinijs pascuaq; publica infesta habuerant quæstionem seuere exercuit. Ad septem milia hominū condemnauit. Multi inde fugerunt de multis sumptum est supplicium. Consules duo retenti ad urbem dilectibus tandem in prouincias profecti sunt. Eodem anno in hispania prætores cn. calpurnius &. L. quintius cum primo uere ex hibernis copias eductas in beturia iunxissent in carpetaniam ubi hostium castra erant progressi cōmuni animo consilioq; rem gesserunt h aud procul toleto & dupone urbibus inter pabulatores pugna orta est quibus dum utrinque subuenitur á castris paulatim omnes copiæ in aciem eductæ sunt. In eo tumultuario certamīe & loca sua & genus pugnæ pro hoste fuere. Duo exercitus romani fusi atq; in castra compulsi sunt. Non instituere perculsis hostes. prætores romani ne postero die castra oppugnarent silentio proximæ noctis tacito signo exercitum adduxerunt. Luce prima hispani acie instructa ad uallum accesserunt. uacuaq; præter spem castra ingressi quæ relicta inter nocturnam trepidationem erant diruperunt. Regressiq; in castra sua paucos dies quieti statuis manserunt Romanoq; socioq; in prælio fugaq; ad quinq; milia concisa quoq; spoliis se hostes armarunt.

I nde ad thagum flumen profecti sunt. Prætores interim romani omne id temporis contrahendis ex cuuranbis socijs hispanoq; auxilijs & reficiendis ab terrore pugnæ militum animis consumpserunt. Vbi satis placuere uires etiam miles quoq; ad delendam priorem ignominiam hostem poscebat. Profecti duodecim milia ab thago flumine posuerunt castra. Inde tertia uigilia sublatis signis quadrato agmine principio lucis ad thagi ripam peruenerunt. Trans flumen incolæ hostium castra erant. Extemplo qua duobus locis uada nudabat amnis dextra parte calpurnius leua quintius exercitum traduxerunt. Quieto hoste dum miratur subitum aduentum consultatq; qui tumultum mouere trepidantibus in ipso transitu amnis potuissēt. Interim romani impedimentis quoq; omnibus traductis contractisq; in unum locum quia iam moueri uidebant hostem nec spatium erat castra cōmuniendi aciem instruxerūt I n medio locata quinta calpurnii legio & octaua quintii. Id robur toto exercitu erat. campum apertum usq; ad hostium castra habebant liberi á metu insidiarū. hispani postq̄ in citeriore ripa duoq; romanoq; agmina conspexerunt ut prius q̄ se iungere atq; instruere possent occuparent eos castris repente effusi cursu ad pugnam tendunt. Atrox in principio pugna fuit. & hispanis recenti uictoria ferocibus & insueta ignominia militi romano accenso acerrime media acies duæ fortissimæ legiones dimicabant quas cum aliter moueri loco non posse hostis cerneret cuneo instant pugnare. Sed pluresq; confertioresq; medios urgebant. Vbi postq̄ laborare aciem calpurnius prætor uidit. quinquiuum uarum & iuuentū talanam legatos ad singulas legiones adhortandas propere mittit. Docere & monere ubi & in illis spem omnem uincendi & retinendæ hispaniæ esse. Si illi loco cedant neminē huius exercitus nonmodo italiam sed ne thagi quidem ulteriorem ripam usq̄ uisurum. Ipse cum equitibus duarū legionum paululum circumuectus in cuneum hostium qui mediam urgebat aciem ab latere incurrit. Quintius cum suis equitibus alterum hostium latus in

uadit. Sed longe acruſ calpurniaꝰ equiteſ pugnabant & prætor ante alioſ. Nam & primuſ
hoſtem percuſſit & ita ſe immiſcuit meduſ ut unc utruſ paruſ eſſe noſci poſſet. Et equiteſ
prætoriſ exima uirtute & equitum peditef accenſi ſunt. Pudor mouit centurioneſ qui in
ter tela hoſtium prætorem conſpexere. Itaq; urgere ſignuferoſ proſe quiſq; ubere inferre ſi
gna & confeſtim militem ſequi. Renouatur ab hoſtibuſ clamor. Impetuſ fit uelut ſuperiore
loco. Haud ſecuſ ergo q̃ torrentiſ modo fundunt ſternuntq; perculſoſ. nec ſuſtinere alii ſup
alioſ inferentef ſeſe poſſunt. Fugientef in caſtra equiteſ perſecuti ſunt. & p̃mixti turbe hoſti
um intra uallum penetrarunt. Vbi ab relictuſ in præſidio caſtroꝝ prælium inſtauratum. co
actu ſunt romani equiteſ deſcendere ex equiſ. dum cannbuſ iiſ legio quinta ſuperuenit. De
inde ut quiq; potuerant copie affluebant. Ceduntur paſſim hiſpani per tota caſtra nec pluſ
q̃ quattuor milia hoſtium effugerunt. Inde tria milia fere qui arma retinuerant mont̃
propinquum ceperunt. Mille ſemiermeſ maxime p agroſ palati ſunt. Supra triginta qn
que milia hoſtium fuerant ex quibuſ tam exigua parſ pugne ſuperfuit. Signa capta cen
tum triginta duo. Romani ſociq; paulo pluſ ſexcentiſ & prouincialium auxilioꝝ centum
quinquaginta ferme ceciderunt. Tribuni militum quinq; amiſſi & pauci equiteſ romane
eruente maxime uictorie ſpeciem fecerunt. In caſtriſ hoſtium quia ipſiſ ſpatium ſua cõmu
niendi non fuerat manſerunt. Pro contione poſtero die laudati donatiq; á. cn. calpurnio eq
tef phaleriſ. pronuntiatumq; eoꝝ maxime opera hoſtef fuſoſ caſtra capta & expugnata eſſe
Quintuſ alter prætor ſuoſ equiteſ catellis ac fiſtulis donauit. Donati & centurioneſ ex utriuſq;
exercitu permulti maxime qui mediam aciem tenuerunt. Conſuleſ dilectibuſ aliiſq; que
romæ agenda erant peractis rebuſ in ligureſ prouinciam exercitum duxerunt. Sempro
nius á piſis profectuſ in apuanoſ ligureſ uaſtando agroſ urendoq; uicoſ & caſtella eoꝝ ape
ruit ſaltum uſq; ad meraſ fluuium & lunæ portum. hoſtef montem antiquam ſedem ma
ioꝝ ſuoꝝ ceperunt. & inde ſuperata locoꝝ iniquitate prælio detecti ſunt. Et ap. claudi
uſ felicitatem uirtutem collegæ in liguribuſ imitatuſ æquauit ſecundiſ aliquot prælii
S ex preterea oppida eoꝝ expugnauit. Multa milia hominum in uſ cepit. Belli auctoreſ
treſ & quadraginta ſecuri percuſſit. Iam comitioꝝ appetebat tempuſ. prior tamen clau
duſ q̃ ſempronius cui ſorſ comitia habendi obtigerat romam uenit. P. clauduſ frater eiuſ
conſulatum petebat. Competitoreſ habebat patritioſ. L. æmilium. Q. fabium. Ser. ſulpitiũ
galbam ueteref candidatoſ. Et ab repulſiſ eo magiſ debitum quia primo legatuſ erat bono
rem repetentiſ. Etiam quia pluſ q̃ unum ex patritiiſ creari non licebat. arctior penno quat
tuor petentibuſ erat. Plebei quoq; grauioſi hominef petebant. L. porciuſ. Q. terentiuſ culleo
Cn. bebiuſ tamphiluſ. & ii repulſi in ſpem impetrandi tandem aliquando honoriſ delati
Claudiuſ ex omnibuſ unuſ nobiliſ candidatuſ erat. opinione hominum haud dubie deſtina
batur. Q. fabiuſ labeo & L. porciuſ licinuſ. Sed clauduſ conſul ſine lictoribuſ cum fratre
toto foro uolitando clamantibuſ aduerſariiſ & maiore parte ſenatuſ meminiſſe eum debere
ſe priuſ conſulem. P. R. q̃ fratre. P. claudii eſſe. Quum ille ſedens pro tribunali aut arbitrũ
aut tacitum ſpectatorem comitioꝝ ſe preberet. Coerceri tamen ab effuſo ſtudio nequit.

Magnus contemnonibus tribunoꝝ quoq; plebis qui aut contra consulem aut pro studio eius pugna
bant. comitia aliquotiens turbata donec perrexit appius ut deiecto fabio fratrem haberet
Creatus. P. claudius pulcher præter spem suam & ceteroꝝ. Locum suum tenuit. L. porcius lici
nius qua moderatus studio non ut claudiana inter plebeios certatum est. Prætoꝝ inde comitia
sunt habita. CN. decimius flauus. P. sempronius longus. P. cornelius cethegus. Q. neuius matho
C. sempronius uarro prætores facti. Hæc eo anno quo appius claudius. M. sempronius consu
les fuerunt domi militiæq; gesta. Principio anni. P. claudius. L. porcius consul. Q. cæcilius. M.
bebius. T. sempronius qui ad disceptandum inter philippum & eumenem regesq; thessaloꝝq; cuncta
res missi erant legationem renuntiauerunt. Regum quoq; eoꝝ cuncta mq; legatos in senatum
introduxerunt. eadem utrinq; narrata quæ dicta apud legatos in græcia erant. Aliam deinde
nouam legationem patres cuius princeps appius claudius fuit in macedoniam & græciam de
creuerunt ad uisendum redire ne cuncta res thessalis & perrhebis essent. Iisdem mandatū
ut abdeno & maronea præsidia deducerentur marituma q; omnis thraciæ ora á philippo &
macedonibus liberaretur. Peloponnesium quoq; adire iussi. unde prior legatio discesserat in
cernere iam reliqua q̄ si non uenissent. Nam super cetera etiam sine responso dimissi. Nec dabā
patentibus erat achaiꝝ concilium. de qua re quærente grauiter. Q. cæcilio & simul lacedemo
nius deplorantibus mœnia diruta abductam plebem in achaiam & uenundatam ademptas quibus
ad eam diem cuncta steterat licurgi leges. Achæi maxime concilii negati crimen excusabant
recitando legem quæ nisi belli pacisue causa & cum legati ab senatu cum literis aut scriptis
mandatisue uenirent uetaret indici concilium. Eane postea excusatio esse & ostendit senatus
curæ iis esse debere ut legatis romanis semper adeundi concilium gentis potestas fieret quēad
modum & illis quotiens uellent senatus daretur. Dimissis iis legationibus philippus ab finis cer
tior factus cedendum cunctantibus deducendaq; præsidia esse infensus omnibus in maronitanos
iram effudit. Onomasto qui præerat maritimæ oræ mandat ut parvis aduersæ principes
interficeret. Ille p cassandrum quendam unum ex regiis iamdiu habitantem maroneæ no
cte thracibus intromissis uehit in bello capta urbe cædem fecit. Id apud legatos romanos
quærentes tam crudeliter aduersus innocuos maronitanos tam superbe aduersus. P. R. fa
ctum ut quibus libertatem restituendam senatus censuisset & ii pro hostibus trucidarentur
Abnuerat quicq̄ eoꝝ ad se aut quemq̄ suoꝝ primere. Seditione inter ipsos dimicatum cum
ad se alii alii ad eumenem cunctatem traherent. Id facile fieri esse. percontarentur ipsos
maronitanos. haud dubius pulsis omnibus terrore tam recentis cædis neminem hiscere ad
uersus se audiuit. Negare appius rem eminentem pro dubia quærendam. Si absse culpam
remouere uellet onomastum & cassandrum per quos acta res discerneretur mitteret romam
ut eo senatus pcontari posset. Primo adeo perturbauit ea uox regem ut non color non mul
tus ei constaret. Deinde collecto tandem animo cassandrum qui maroneæ fuisset. si
mq; uellent se missum dixit. Ad onomastum quidem quid ea pinerent qui non modo
maroneæ sed ne in regni quidem propinqua fuisset & parcebat magis onomasto honoratiori
amico. Et eundem iudicem haud paulo plus timebat qua & ipse sermonem cum eo con

tulerat & multoꝝ talium ministrum & conscium habebat. Cassander quoq; missis qui per
eprum ad mare prosequerentur eum ne qua iudicium emanaret & ueneno creditur sublatus
Et legati á philippi colloquio ita digressi sunt ut præ se ferrent nihil eoꝝ sibi placere. Et phi
lippus minime quin rebellandum essẽt dubius qui dum quæ immanitæ ad id ultro erant
ad moram interponendam demetrium minorem filium mittere romam simul ad depurgan
da crimina simul ad deprecandam iram senatus statuisset sanꝰ credens ipsum etiam iuuenẽ
quod romæ obsẽs specimen indolis regiæ dedisset aliquid momenti facturum. Interim per
specie auxilii bisanus ferendi ad terrorem regulis tracum inciendum profectus perculsis
ius prædio & amadoco duce capto in macedoniam redit. missis ad accolas histri fluminis barba
ros ut in italiam irrumperent solicitandos. Et in peloponnesso aduentus legatoꝝ romanoꝝ q
ex macedonia in achaiam ire missi erant expectabatur aduersus quos ut præparata consilia ha
berent lycortas prætor concilium indixit. Ibi de lacedemoniis actum. Ex hostibus eos accusa
tores factos & periculum esse ne uehementi magis timendi forent q̃ bellantes fuissent. Quippe in bello
socius romanus acheos animos tunc eosdem romanos æquores lacedemonius q̃ acheis esse. Ibi areus etiã
& alcibiades ambo exules suo beneficio restitui legationem romam aduersus gentem acheoꝝ ita
deprecati meritam suscepissent. Adeoq; infesta oratione usi sunt ut pulsi patria non restitui in eã
uiderentur. Clamor undiq; ortus referret nominatim de eis. Et cum omnia ita non consilio
gererentur capitis damnati sunt. Paucos post dies romam legati uenerunt. His diuore in archa
dia datum est concilium. priusq̃ agerent quicq̃ terror acheis inectus erat. Et cognito utrũq̃
ex æquo disceptato futura esset quod areum & alcibiadem capitis absentes concilio proximo dam
natos cum legatis uidebant. Nec hiscere quisq̃ audebat. Appius ea quæ apud senatum quæsti
erant lacedemonii displicere senatui ostendit. Cædem primum ad conflictum factam eoꝝ qui
á philopemene ad causam dicendam euocati uenissent. Deinde cum in homines ita sæuitum essẽt
ne in ulla parte crudelitas eoꝝ cessaret muros diruitos urbis nobilissimæ esse leges uetustissimas
abrogatas inclitamq; p gentes disciplinam lycurgi sublatam. Hæc cum appius diuisset licor
tas & quia prætor & quia philopemenis auctoris omnium quæ lacedemoniæ acta fuerant fa
ctionis erat ita respondit. Difficilior nobis appi claudi apud uos oratio est q̃ romæ nuper apud
senatum fuit. Tunc enim lacedemonius accusantibus respondendum erat. nunc á nobis ipsis ac
cusati sumus apud quos causa est dicenda. quam iniquitatem conditionis subimus. illa spe iu
dicis animo te auditurum esse posita contentione qua pauloante egisti. Ego certe cum ea quæ
& hic antea apud. Q. cecilium & postea romæ quæsti sunt lacedemonii á te pauloante relata
sint non ubi sed illis me apud te respondere credebam. Cædem obiectus eoꝝ qui á philopemene
prætore euocati ad causam dicendam interfecti sunt. hoc ego crimen nonmodo á uobis roma
ni sed ne apud uos quidem nobis obiciendum fuisse arbitror. Quid ita? quia in uestro fœdere
erat ut maritimis urbibus abstinerent lacedemonii. Quo tempore armis capti urbes á quibus
abstinere iussi erant nocturno impetu occupauerunt. Si. T. quintius si exercitus romanus
sicut antea in peloponnesso fuisset eo numerum capti & oppressi fuissent. Cum uos procul esse
tis quo alio nisi ad nos socios uestros quos antea iubeo opem ferentes quos lacedemonem uo

biscum simili de causa oppugnantes uiderant confugerent? Pro uobis igitur iustum pi
umq bellum suscepimus quod cum alii laudent reprehendere ne lacedemonii quidem
possunt. Dii quoq ipsi comprobauerunt. qui nobis uictoriam dederunt. Quonam modo
ea quæ belli iure aucta sunt in disceptationem uenium. quoq tamen maxima pars mi
hi perunet ad nos. Nostrum est quod euocauimus ad causam dicendam eos qui ad ar
ma multitudinem excuerant qui expugnauerant maxima oppida qui diripuerant
qui cedem principum fecerant. Quod uero illi uementes in castra interfecti sunt uestri
est. Areu & alcibiade qui nunc nos si diis placet accusatis. Non nostrum exules lacede
monioq. quo in numero ii quoq duo fuerunt & tunc nobiscum erant. & quod domicilio
sibi delegerant maxima opida se petitos credentes in eos quoq opera patria exterres ne
in tuto quidem exilio posse consenescere se indignabantur impetum fecerunt. Lacede
monii igitur lacedemonios non achei interfecerunt. Nec iure an iniuria cesi sint ar
gumentari refert. At enim illa certe uestra sunt achei quod leges disciplinamq uetu
stissimam lycurgi sustulistis quod muros dirupistis quæ utraq ab isdem obici quidem pos
sunt. cum muri lacedemoniis non a lycurgo sed paucos ante annos ad dissoluendam lycurgi
disciplinam extructi sint. Tyranni enim nup eos arcem & munimentum sibi non cui
tati parauerant. Et si excitat hodie ab inferis lycurgus gaudeat ruinis eoq. & nunc se
patriam & spartam antiquam agnoscere dicat. non philopemenem expectare nec ache
os sed uos ipsi lacedemonii uestris manibus amoliri & diruere omnia uestigia tyrannidis
debuistis. Vestræ enim ille deformes notæ seruitutis erant. & cum sine muris p octin
gentos prope annos liberi aliquando etiam principes græciæ fuissetis muris uelut compe
dibus circundatis uincti per centum annos seruistis. Quod ad leges ademptas attinet non
ego antiquas lacedemoniis leges tyrannos ademisse quas non habebant sed nostras leges
dedisse. Nec male consuluisse ciuitati cum concilii nostri eam fecerimus & nobis miscuerimus
ut unum corpus & concilium totius peloponnesi essæ. Tunc opinor si alius ipsi legibus ui
ueremus alias istis inuinxissemus queri se iniquo iure esse & uindicari possent. Scio
ego appi claudi hanc orationem qua sum adhuc usus neq apud socios neq liberæ gentis
esse sed uere seruoq disceptantium apud dominos. Nam si non uana illa uox præconis
fuit qua liberos esse omnium primos acheos uisistis si fœdus ratum est si societas & amici
tia ex æquo obseruatur cur ego quid capua capta feceritis romam non quæro? Vos ra
tionem reposcitis quid achei lacedemoniis bello uictis fecerimus. & interfecti aliqui sunt
finge a nobis. Quid uos senatores campanos securi non percussistis? Et muros diruimus
Vos non muros tantum sed urbes agros ademistis. Spetie inquis æquum est fieri. Re apud
acheos præcaria libertas apud romanos etiam imperium est. Sentio appi & ii non opor
tet non indignor. Sed oro uos quumlibet interfit inter romanos & acheos modo ne in
æquo hostes uestri nostriq apud uos sint ac nos socii. Immo ne meliore iure sint. Nam ut
in æquo essent nos fecimus cum leges uis nostras dedimus cum ut achei concilii essent effe
cimus. Parum est uictis quod uictoribus satis est. Plus postulant hostes q socii habent. Quæ

ureurando quintius monimentus literaq; in lapide insculpus in æterna memoria sancta atq;
sacrata sunt .ea cum puplio nostro tollere parant . Veremur quidem uos romani & si ita
uultus etiam timemus . Sed plus ueremur & timemus deos immortales . Cum assensu maxime
patrus est audimus & locutum omnes pro maiestate magistratus censebant ut facile apparere
molliter agendo dignitatem suam tenere romanos non posse . Tum appius suadere se magnopere
aches dixit ut dum liceret uoluntate sua facere gratiam mirent ne mox inuiti & coacti fa
cerent . hæc uox audita quidem cum omnium gemitu est . Sed metu mœsto imperata recu
sandi id modo peterunt ut romam quæ uiderentur de lacedemonius mutarent nec acheos
religione obstringerent irrita ea quæ ureurando sanxissent faciendi . Damnato tantum arei
& alcibiadis quæ nuper facta erat sublata est . Romæ principio eius anni cum de prouincis
consulum & prætoq; actum est consulibus ligures quia bellum nusq; alibi erat decreti . Prætores
decimus flauius urbanam . P. cornelius cethegus inter ciues & peregrinos sortiti sunt . P. sem
pronius blesus siciliam . Q. neuius malo sardiniam & ut idem quæreret de ueneficis . L. teren
tius uarro hispaniam citeriorem . P. sempronius longus hispaniam ulteriorem . De iis duabus
prouinciis legati pid fere tempus . L. uuientius talna & T. quintius hus uenerunt qui q̃um
bellum iam profligatum in hispania essæ senatui edocto postulauerunt simul ut pro rebus
tam prospere gestis dis immortalibus haberetur honos & ut prætoribus exercitum deportare
liceret . Supplicatio in biduum decreta est . De legionibus deportandis cum de consulum præ
toq; exercitibus agerentur rem integram referri iusserunt . Paucos post dies consulibus in
ligures binæ legiones quas appius claudius & M. sempronius habuerant decretæ sunt . De
hispaniensibus exercitibus magna contentio fuit inter nouos prætores & amicos absentium
calpurnii quintiq; . Vtraq; causa tribunos plebis utraq; consules habebant . Ii se interces
suros senatusconsulto si reportandos censeret exercitus denuntiabant . Illi si hæc interces
sio fieret nullam rem aliam se decerni passuros . Victa postremo absentium gratia est . se
natus consultum factum ut prætores quatuor milia peditum romanoq; scriberent quadringen
tos equites & quinq; milia peditum sociq; latini nominis quingentos equites quos secum in hi
spaniam portarent . Cum eas legiones quattuor descripsissent quod plus q̃ quinq; milia peditũ
triceni equites in singulis legionibus essent dimitterent eos primo qui emerita stipendia haberẽt
Deinde ut cuiusq; fortissima opera calpurnius & quintius in prælio usi essent . Hac sedata contem
tione alia subinde . C. decimi prætoris morte exorta est . Cn. filius . L. pupius qui ædiles proxi
mo anno fuerant & . C. ualerius flamendialis . & Q. fuluius flaccus . Is quia ædilis curulis desi
gnatus erat sine toga candida sed maxima ex omnibus contentione petebant certamenq;
ei cum flamendiale erat . Et postq̃ primo æquare mox superare etiam est usus pars tribu
noq; plebis negare rationem eius habendam esse quod duos simul unus magistratus præsertim
curules neq; capere posset nec gerere . Pars legibus eum solum æquum censere ut quem nellet
prætorem creandi populo potestas fieret . L. portius consul primo in ea sententia esse ne no
men eius acciperet . Deinde ut ex auctoritate senatus idem faceret . conuocatis patribus re
ferre se ad eos dixit quod nec ure ullo nec exemplo tolerabili liberæ ciuitati ædilis curulis

designatus praeturam peteret sibi nisi quid aliud ius uideretur in animo esse. E lege comitia haberent patres censuerunt uti. L. portius consul cum .Q. fuluio ageret ne impedimento esse quo minus comitia praetoris in locum .C. decimi subrogandi ex lege haberent. Agem consuli ex .S.C. respondit flaccus mihi equidem se indignum esse facturum. Medio responso ad uoluntatem interpretantibus fecerat spem cessurum patrum auctoritati esse comitis. Acrius etiam q̃ ante petebat criminando exturquem sibi á consule & senatu .P.R. beneficium & munditiam fieri geminati honoris tanq̃ non appareret ubi designatus praetor esset & exemplo aedilitate se abdicauit. Consul cum pugnacem perenni crescere fauorem populi magis magisq; in eum inclinari cerneret dimissis comitiis senatum uocauit. Censuerunt frequentes quoniam flaccum auctoritas patrum mihi mouisset & ad populum cum flacco agendum. Contione aduocata cum egisset consul nec uim quidem de sententia mouit grauis. P.R. egit quod cum tanto studio quoniã cunq; declarandae uoluntatis potestas facta esset & praetorem uoluisset facere. Eas sibi studia ciuium suos destituere non esse in animo. Haec ũ tam obstinata uox tantum ei fauorem accendit ut haud dubius praetor esset si consul accipere nomen uellet. Ingens certamen tribunis & inter se ipsos & consulem fuit donec senatus á consule est habitus. decretumq; quoniam praetoris subrogandi comitia ne legibus fierent pugnacia .Q. flacci & praua studia hominum impedirent senatum censere sanis praetoris esse. P. cornelius utrunq; in urbe iurisdictionẽ haberet & apollinaq; ludos faceret. His comitiis prudentia & uirtute senatus sublatus alia maioris certaminis quo & maiore dere & inter plures honoresq; uiros sunt exorta. Censuram summa contentione petebant. L. ualerius flaccus. P. & L. scipiones. Cn. manlius uolso furius purpurio patrũ. Plebei autem .M. porcius cato. M. fuluius nobilior. uiberius & .M. sempronius longus & mucianus. Sed omnes patricios plebeiosq; nobilissimarũ familiarũ .M. porcius longe anteibat. In hoc uiro tanta uis animi ingeniq; fuit ut quocunq; loco natus esset sibi ipse facturus uideretur. Nulla ars neq; priuatae neq; publicae rei gerendae ei defuit. Urbanas rusticasq; res pariter callebat. Ad summos honores alios scientia iuris alios eloquentia alios gloria militaris prouexit. huic uersabile ingenium sic pariter ad omnia fuit ut natũ ad id unum diceres quodcunq; ageret. In bello manu fortissimus multisq; insignibus clarus pugnis. Idem postq̃ ad magnos honores peruenit summus imperator. & id in pace. Si uis consulere peritissimus. Si causa oranda esset eloquentissimus. Nec ista tantum cuius lingua uno eo uigent monimentum eloquentiae nullum exstat. Vnus uirtus ingeniq; eloquentia eius. Sacratas scriptas omnis generis orationes. & pro se multas & pro aliis & in alios. Nã non solum accusando sed etiam causam dicendo fatigauit inimicos. Simul rarae uirtutes pleraeq; et excellentium & ipse exercuit eas nec facile dixeris utrum magis praestiterit eum nobilitas an ille aduauerit nobilitatem. Asperi procul dubio animi & linguae acerbae & immodice liberae fuit sed inimici á cupiditatibus animi rigidae innocentiae. contemptor gratiae diuitiarũ. in parsimonia in patientia laboris periculi ferrei prope corporis animiq; quem ne senectus quidem quae solet omnia fregerit quin sextum & octogesimum annum agens causam dixerit. Ipse pro se orauit. Scripserit q̃ nonagesimo anno

ſernium galbam ad populi adduxerit iudicium . hinc ſicut omnia tum perenem prae
mebat nobilitas ueneranti apud praetorem .L. flaccum qui collega in conſulatu fuerat can
didatoreſ ad deciendum honorem nonſolum ut ipſi potius adipiſcerentur nec quia indi
gnabantur nouum hominem cenſorem uidere ſed etiam quia triſtem cenſuram piculoſaq;
multoꝝ famæ & ab leſo á pleriſq; & ledendi cupido expectabant . Et enim tum quoq;
mirabundus perebat refragari ſibi qui liberam & fortem cenſuram timerent criminan
do . & ſimul . L . ualerio ſuffragabantur . Illo uno collega caſtigare ſe noua flagitia & pri
ſcoſ reuocare moreſ poſſe . Iſ accenſi hominem aduerſa nobilitate non . M . poſtumum mo
do cenſorem fecerunt ſed collegam . L . ualerium flaccum adiecerunt . Secundum comi
tia cenſoꝝ conſuleſ praetoreſq; in prouincias profecti praeter quintium neuium quem
tanq̄ malis omnibus rebus inferior essem ad sceleris ultimam spem confugisse me insimulas .
Vis hanc formulam cognitionis esse ut uter timuerit ne alter dignior uideretur regno . Is con
silium fratris opprimendi iudicetur cæpisse . Exequamur tamen quocunq; modo confixi
ordinem criminis . pluribus modis se petitum criminatus est . & omnes insidiaꝝ uias in unū
diem contulit . Volui interdiu eum post lustrationem cum concurrimus & quidem si dis
placet iusto rationum die occidere . Volui cum ad cenam inuitatum ueneno scilicet tolle
re . Volui cum cōmessatum gladiis circumsteti me secum simul ferro interficere . Tempora quidē
qualia sint ad parricidium electa uides . Vsus conuiuii cōmessationis . Quid dies q̄ualis
quo lustratus exercitus quo inter diuisam uictimam prælatis omnium q unq̄ fuere mace
donię regum armis regis duo solito more natæ gentis latera paterna prætecti sumus ? & &
secutum est macedonum agmen . hoc ego etiam siquid antea admisissem piaculo dignum
lustratus & expiatus sacratum cum maxime in hostiam muneri nostro circundatam instruēs
parricidium uenena gladios in cōmessatione præparatus uolutabam in animo . Vt quibus
deinde alius sacris contaminatam omni scelere gentem expiarem . Sed cecus criminandi
cupiditate animus dum omnia suspecta efficere uult aliud alio . Nam si ueneno te inter
cenam tollere uolui quid minus aptum fuit q̄ pertinaci certamine concursu iratum te
efficere ut merito sicut fecisti inuitatus ad cenam abnueres . Cum autem iratus negasses
utrum ut pacarem te danda opera fuit ut aliam quærerem occasionem ? Quoniam semel
uenenum paraueram amisso consilio uelut transiliendum ad aliud fuit . Vt ferro te & q
dem eo p speciem cōmessationis occiderem . Quo deinde modo sive metu mortis credebam

cenam euitasse in ea non ob eodem metu cõmessationem quoq; euitaturum existimabam?
Non est res qua erubescam pater si die festo inter æquales largiore uino sum usus. Tu quoque
uelim inquiras qua lætitia quo usu apud me celebratum externum conuiuium sit. Ille
etiam paruo forsitan odio prouchente quod in iuuenili armoꝝ certamine pars nostra non
inferior fuerat miseria hec & meus crapulam facile excesserunt. Que si non interuenis
sent insidiatores nos sopiti. Si domum tuam expugnaturus capta domo dominum interfe
cturus eram non temperassem uno in unum diem? Non milites meos abstinuissem. Et ne
go ne solus nimia simplicitate uear ipse quoq; minime malus ac suspiranS frater. nihil
aliud scio inquit neq; arguo nisi quod cum ferro cõmessatum uenerunt queram. Vnde
id ipsum scias. necesse erit aut speculatoꝝ mos plenam domum fuisse meam aut illos ua
operte sumpsisse ferrum ut omnes uiderent. Et ne quid ipse aut prius inquisisse aut nõ
crimiose argumentari uidereris te quærere ex iis quos nominasse uidebar an ferrum ha
buissent ut tanq̃ in rem dubiam cum id quæsisses quod ipsi fatemur pro uobis haberemur.
Quin tu illud quæris uobis num in occidendi causa ferrum sumpserint. num me auctore &
sciente. & hoc enim uideri uis. Non illud quod fatentur & palam est & sin se uendi causa
sumpsisse dicant. Recte an perperam fecerint ipsi sui rationem reddent. Meam causam
quæ nihil eo facto contigit ne miseris. aut explica unum aperte an clam te aggressum fu
erimus. Si aperte cur non omnes ferrum habuimus? Cur nemo præter eos qui unum specu
latorem pulsauerunt? Si clam qui ordo consilii fuit commuto soluto cum cõmessator ego
discessissem quatuor substituisse ut sopitum te aggrederentur & quomodo fefellissent &
alium & mei & maxime suspecti qua paulo ante in rixa fuerant? Et quomodo autem
trucidato te ipsi euasuri fuerint? Quatuor gladii domus tua capi & expugnari potuit?
Quin tu omissa ista nocturna fabula ad id quod dolet quod inuidia urit reuerteris? cur
usq̃ regni tui memor fuit demens? et cur dignior patris fortune successor quibusdam u
deris q̃ ego? Et cur spem meam quæ si tu non esses certa erat dubiam & solicitam facis?
Hec sentit perfidus & si non dicat hec istum inimicum hec accusatorem faciunt. hec domũ
hec regnum tuum crimnibus & suspitionibus replent. Ego autem pater q̃admodum nec
nunc sperare regnum nec ambigere unq̃ de eo forsitan debeam quia minor sum quia tu
me maiori cedere uis sic illud nec debui facere nec debeo ut indignus te patre indignus
omnibus uidear. Id enim unus mei non cedendo cui fas est modestia consequar. Romanos
obtes mihi & ea quæ gloriæ esse debent in crimen uertis. Ego nec obses romanis ut traderer
nec ut legatus romam mitterer a te petii. Missus ire non recusam. utroq; tempore tua me
gessi ne ubi pudori ne regno tuo ne genti macedonum essem. Itaq; mihi cum romanis pater
causa armandi tui fuisti. Quo a te cum illis pax manebit mecum quoq; grata erit. Si bel
lum cæperit qui obses qui legatus pro patre non inutilis fui idem hostis illis acerrimus ero. Nec
hodie ut prosit mihi romanoꝝ gratia postulo. ne obsit. nec ad bellum referetur. pacis pignus
fui. Ad pacem remittendam legatus missus sum. Neutra res mihi nec gloriæ nec crimini fit.
Ego si quid sceleratæ in fratrem admisi nullam deprecor pœnam. Si innocens sum ne inuidia

conflagrem cum crimine non possim deprecor. Non hodie me primum frater accusat. Sed
hodie primum aperte nullo meo in se merito. Si mihi pater succenseret te maiorem fratrē
pro minori deprecari oportebat. Te adolescentiæ te horrori uenam impetrare. Et ubi pre
sidium esse oportebat ibi exitium est. & conuiuio & cōmessatione prope semisomnis raptus
sum ad causam parricidii dicendam sine aduocatis sine patronis. Ipse pro me dicere cogor
Si pro alio dicendum esset tempus ad meditandum & componendam orationem sumpsissem.
Cum quid aliud q̄ ingenii fama periclitarer ignarus quid accersitus essem te iratum & u
bertem dicere causam fratrem accusantem audiui. Ille diu ante preparata meditata in me
oratione est usus. Ego id tantum temporis quo accusatus sum ad cognoscendum quid age
retur habui. Vtrum illo momento accusatorem audirem an defensionem meditarer atto
nitus repentino atq; inopinato malo nec quid obiceretur intelligere potui nedum satis
sciam quomodo me tuear. Quid mihi spei esset nisi patrem iudicem haberem & apud quē
etiam si á fratre caritate uincor misericordia certe reuinci non debeo. Ego enim ut me
mihi ubiq; seruet precor. Ille ut me in securitatem suam occidat postulat. quid enim eum
cum regnum ei tradideris facturum credis in me esse quam nunc sanguine meo sibi in
dulgeri æquum censet? Dicenti hæc lacrimæ simul spiritum & uocem intercluserunt.
Philippus summouit ut paulisper collocutus cum amicis pronuntiaret non uerbis se nec
unius horæ disceptatione causam eorū diiudicaturum. sed inquirendo in utriusq; uitā
mores & dicta factaq; in magnis paruisq; rebus obseruando ut omnibus appareret no
etis proximæ crimen facile reiectum. Suspectam nimium cum romanis demerui gra
tiam esse. hæc uno philippo uelut semina iacta sunt macedonici belli quod maxime
cum pleo gerendum erat. Consules ambo in ligures quæ tum una consularis prouincia erat
proficiscuntur & qua prospere ibi res gesserunt supplicatio in unum diem decreta est. Ligurum
duo milia fere ad extremum finem prouinciæ & galliæ ubi castra marcellus habebat uenerunt
ubi reciperentur oratores. Marcellus operti eodem loco liguribus ut sibi senatum p̄ literas consu
luit. Senatus rescribere. M. ogolinium prætorem marcello uisum uerum fuisse consules quoq;
prouincia esset quē se. Tum quoq; non placere sibi p̄ deditionem ligures recipi & receptus ar
ma adimi atq; eos ad consulem mum senatum æquum censere. Prætores eodem tempore. P.
manlius in ulteriorem hispaniam quam & priore prætura prouinciam obtinuerat. Q. fuluius
flaccus in citeriorem puenit. Exercitumq; á terentio accepit. Nam ulterior morte. P. scīp
pronii proconsulis sine imperio fuerat. Fuluium flaccum oppidum hispanum urbenam nomi
ne oppugnantem celtiberi adorti sunt. Dura ibi prælia aliqua acta. multi romani milites &
uulnerati & interfecti sunt. Vicit perseuerantia fuluius quod nulla ui abstrahi ab obsidione
potuit. Celtiberi fessi prælio uarius abscesserunt. Vrbs amoto auxilio eorū inter pauos dies
capta & direpta est. prædam militibus prætor concessit. Fuluius hoc oppido capto. manlius
exercitu tantum in unum coacto qui dissipatus fuerat nulla alia memorabili gesta re exerci
tus in hiberna deduxerunt. hæc ea æstate in hispania gesta. Terrentius qui ex ea prouin
cia decessit ouans urbem iniit. Translatum argenti pondo trecenta uiginti. auri octuagin
ta

pondo & duo . Coronæ aureæ sexaginta septem . Eodem anno inter populum carthaginensem & regem masinissam in re presenti disceptationes romæ de agro fuerunt . Cæperat eum ab carthaginensibus pater masinissæ gala . Galam syphax inde expulerat . Postea in gratiam soceri hasdrubalis carthaginiensibus dono dederat . Carthaginenses eo anno masinissa expulerat haud minore certamine animoꝝ q̄ cum ferro & acie dimicarunt . Res acta apud romanos carthaginensesq; more maioꝝ suoꝝ fuisset . deinde ab syphace ad se pueniſſet . Repetebat masinissa paterni regni agrum . Se & recepisse & habuisse gentium iure aiebat & causa & possessione superiorem esse . Nihil aliud se in ea disceptatione metuere q̄ ne pudor romanoꝝ dum uereantur ne quid socio atq; amico regi aduersus cōmunis atq; illius hostis indulsisse uideantur damnosit . Legati possessionis uis non mutare causam integram romā ad senatum reiecerunt . In liguribus nihil postea gestum . Recesserant primum in denos saltus . deinde omisso exercitu passim in uicos castellaq; sua dilapsi sunt . Consules quoq; dimittere exercitum uoluerunt ac de ea re patres consuluerunt alterum ex iis dimisso exercitu ad magistratus in annum creandos uenire romam iusserunt . alterum cum legionibus suis prisi hiemare . Fama erat gallos transalpinos iuuenturem armare . Nec in quam regionem italiæ effusura se multitudo esset sciebatur . Ita inter se consules comparauerunt ut . cn . bebius ad comitia iret quia . M . bebius frater eius consulatum petebat . Comitia iterum ad patrem accusant fuga per peoniam preparata . Arguebant & corrupti quidam ut comites iuuenis essent . Maxime falsæ literæ . T . quintii urgebant . Nihil tamen palam grauius pronuntiatum de eo est ut dolo potius interficeretur . Nec id cura ipsius . sed ne pœna eius consilia aduersus romanos nudaret . Ab thessalonica demetriadem ipsi cum uenissent . alterum peoniæ demetrium mittit cum eodem comite dida . Persea ab philippopolim ad obsides thracum accipendos digredienti ab se dide mandata dedisse dicitur de filio occidendo . Sacrificium ab dida seu instructum seu simulatum est ad quod celebrandum inuitatus demetrius ab altreo heracleam uenit . In ea cena dicitur uenenum datum P oculo epoto extemplo sensit . & mox coortis doloribus relicto conuiuio cum in cubiculum recepisset se se crudelitatem patris conquerens parricidium fratris ac dide scelus incusans torquebatur . Intromissi deinde thusis quidam stuberreus & berreus alexander iniectis taperibus in caput fauces; spiritum intercluserunt . Ita innocuus adolescens cum in eo ne simplici quidem genere mortis contenta inimici sui fuissent interficitur . Dum hæc in macedonia geruntur . L . paulus emilius prorogato ex consulatu imperio principio ueris in ligures & gallos introduxit . Vbi primum in hostium finibus castra posuit legati ad eum per speciem pacis petendæ speculatum uenerunt . Negatu paulo nisi cum deditis pacisci se pacem non tam id recusabant q̄ tempore aiebāt opus esse ut generi agresti hominum psuaderetur . Ad hoc decem dies; indutiæ cum darentur petierunt deinde ne trans montes proximos castris pabulatum lignatumq; mitteret . Cultra ea loca suoꝝ finium esse . Id ubi impetrauere post eos ipsos montes unde auerterant hostem exercitu omni coacto repente multitudine ingenti castra

romanoꝝ oppugnare simul omnibus portis aggressi sunt. Summa uu diem totum oppu
gnarunt uta ut nec offerendi quidem signa romanis spatium nec ad explicandam aciem
locus esset. Conferti in portis obstando magis q̄ pugnando castra tutabantur. Sub occa
sum solis cum recessissent hostes duos equites ad .M. bebium consulem cum litteris pisa
mittit ut obsesso p̄ induvias sibi q̄primum uenire subsidio. Bebius exercitum .M. pina
rio cumu in sardiniam tradiderat. Ceterum & senatum litteris certiorem fecit obsideri
ab liguribus. L. æmilium. & .M. claudio marcello cuius proxima inde prouincia erat
scripsit ut si uideretur ei exercitum é gallia traduceret in ligures & .L. emilium libe
rare obsidione. hæc sera futura auxilia erant. Ligures ad castra postero die redeunt
E milius cum & uenturos scisse & educere in aciem potuisse intra uallum suos tenuit ut
extraheret rem in id tempus quo bebius cum exercitu uenire á pisis posset. Romæ ma
gnam trepidationem litterę bebii fecerunt eo maiorem quod paucos post dies marcellus
tradito exercitu fabio romam cum uenisse & spem ademit eum qui in gallia esse exercitum
in ligures traduci posse quia bellum cum bastris esset prohibentibus coloniam aquileiam
deduci. Eo profectum fabium inde regredi bello inchoato non posse. Vna ea ipsa tar
dior q̄ tempus postulabat subsidii spes erat. Si consules maturassent impunitam ire
id ut facerent pro se quisq; patrum uociferari. Consules nisi confecto dilectu negare
turos se. Nec sua segnities sed uis morbi causam esse quo seruus proficiscerentur. Non
tamen potuerunt sustinere consensum senatus quin paludati exirent & militibus quos
conscriptos haberent diem educerent quo pisas conuenirent. Permissum quatuor prou
nus subitarios milites scriberent ducerentq; secum & prætoribus. Q. petilio & .Q. fabio
imperatum est ut petilius duas legiones cuiuum romanoꝝ tumultuarias scriberet &
omnes minores quinquaginta annis sacramento rogaret. Fabio ut socii latini nominis
quindecim milia peditum octingentos equites imperaret. Duumuiri nauales creati
C. maenius & .C. lucretius. nauesq; iis ornatæ sunt. cuiusq; ad gallicum sinum pro
uincia erat imperatum est ut classem primo quoq; tempore duceret in ligurum orā
si quo usui esse. L. æmilio atq; exercitui eius posset. E milius postq̄ usq̄ nihil auxilii osten
debatur interceptos credens equites non ultra differendum ratus quin per se fortunam
tentaret priusq̄ hostes uenirent qui segnius socordiusq; oppugnabant ad quattuor
portas exercitum instruxit. Vt signo dato simul ex omnibus partibus eruptionē fa
cerent. Quattuor extraordinarius a porta cohortibus duas adiunxit. præposito .M. ua
lerio legato erumpere extraordinarios á porta iussit. Ad dextram principalem ha
statos legionis primæ instruxit. Principes ex eadem legione in subsidiis posuit. .M. ser
uilium & .L. sulpicium tribunos militum. His præpositis tertia legio aduersus principa
lem portam instructa est. Id tantum mutatum. principes primi & hastati in subsidiis
locati. Sextus iulius cæsar & .L. ualerius cotta tr. militum huic legioni præpositi sunt.
Q fuluius flaccus legatus cum dextra hala ad quæstoriam portam positus. Duæ cohor
tes & triarii duarꝫ legionum in præsidio manere castroꝝ iussi. Omnes portas commo

nabundus ipse imperator circūuuit. Et quibuscunq; irritamenti poterat uas militum acu
ebat. Nunc fraudem hostium incusans qui pace perita indutus datus per ipsum indutiarū
tempus contra uis gentium ad castra oppugnanda uenissent. nunc q̄ui pudor esset edocēs
ab liguribus latronibus ueruis q̄ hostibus uictus romanum exercitum obsideri. Quo ore q̄sq̄
uestrum si hnc alieno præsidio non uestra uirtute euasertis occurret non dico eis militibus
qui hannibalem qui philippum qui antiochum maximos ætatis nostræ reges ducesq; uicerūt
sed iis qui ipsos ligures aliquotiens pecoꝝ modo fugientes p saltus montes consectari occiderūt
Quid hispani. quid galli. quid macedones. pœnue non audeant? Ligustinus hostis uallū
romanum subit. obsidet ultro & oppugnat. quem scrutantem ante dentos saltus abdi
tum & latentem uix inueniebamus. Ad hæc consentiens reddebatur clamor nullam
militum culpam esse. quibus nemo ad erumpendum signum dedisset. Daret signum in
tellectum eosdem qui antea fuerint & romanos & ligures esse. Bina ex montes castra
ligurum erant. Ex iis primis diebus sole orto pariter omnes compositi & instructi proce
debant. Tum nisi exsaturati cibo unoq; arma non capiebant. Disperti mordnati excibāt.
ut quibus prosit certum esset & hostes extra uallum signa non clamores. Aduersus ita incom
positos eos uenientes clamore pariter omnium qui in castris erant calonum quoq; & la
xarum sublato simul omnibus portis romanū eruperunt. liguribus adeo improuisa res
fuit ut perinde ac si insidiis circumuenti forent trepidarent. Exiguum temporis aliqua
forma pugnæ fuit. fuga deinde effusa. & fugientium passim cædes erat. E quibus da
to signo ut conscenderent equos nec effugere quenq̄ sinerent in castra omnes trepida fu
ga compulsi sunt. Deinde ipsis exutis castris super quindecimilia ligurū eo die occisa
capta duomilia & quingenti. Tridno post ligurum ingaunoꝝ nomen omne obsidibus
datis in dicionem uenit. Gubernatores nauiq; conquisiti qui prædatores fuissent nau
bus atq; omnes in custodiam coniecti. Et á. cn. mallio duumuiro naues eius generis in
ligustina ora ingimiduæ captæ sunt. Hæc qui nuntiarent literasq; ad senatum fer
rent. L. aurelius cotta. cn. sulpicius gallus romam missi. Simulq; peterent ut. L. æmi
lio confecta prouincia decedere & deducere secum milites liceret atq; dimittere. Vtrū
que permissum ab senatu. et supplicatio ad omnia puluinaria p triduum decreta. Iussi
q; prætores peculiis urbanas dimittere legiones. Fabius socius atque nomini latino re
mittere dilectum. Et ut prætor urbanus consulibus scriberet senatum æquum censere
subitarios milites tumultus causa conscriptos primo quoq; tempore dimitti. Colonia cra
ssus eo anno deducta est in agrum etruscum á tarquiniensibus quondam captum. Qui
na iugera agri data. Tres uiri deduxerunt. cn. calpurnius piso. P. claudius pulcher
cn. terentius hispa. Siccitate & inopia frugum insignis annus fuit. Sex menses nūq̄
pluuisse memoria prodidit. Eodem anno in agro. L. perlii sub ianiculo dum cultores
aliis moliuntur terram duæ lapideæ arcæ octonos ferme pedes longæ quaternos latæ
inuentæ sunt operculis plumbo deuinctis literis latinis græcisq; utraq; arca scripta
erat. In altera numam pompilium pompoms filium regem romanoꝝ sepultum esse. &

in altera libros numæ pompilii meſſe. Eaſ arcaſ cum ex amicoꝝ ſententia dominuſ aperuiſſe quæ tumulum ſepulti regiſ habuerat inaniſ inuenta ſine veſtigio ullo corporiſ humani aut ulliuſ rei ꝑ taben tot annoꝝ omnibuſ abſumpſit. In altera duo faſceſ candeliſ inuolutos ſeptenos habuere libros non integros modo ſed recentiſſima ſpecie. Septem latini de iure pontificum erant. Septem græci de diſciplina ſapientiæ. quæ illiuſ ætatiſ eſſe potuit. Adiecit annaſ ualeriuſ pythagoricoſ fuiſſe uulgatæ opinioniſ. qua creditur pythagoræ auditorem fuiſſe numam. Mendacio probabili accõmodat fidem. Primo ab amicaſ quidem in re præſenti fuerint libri lecti mox plurimuſ legentibuſ cum uulgarentur. Q. petiliuſ prætor urbiſ ſtudioſuſ legendi eoſ libroſ a. L. petilio ſumſit. Et erat familiariſ uſuſ quod ſcribam eum quæſtor. Q. petiliuſ inde cum am legerat lectiſ reꝝ ſummiſ cum aduerſuſſe pleraq; diſſoluendaꝝ religionum eſſe. L. petilio dixit ſeſe libroſ eoſ in ignem conijcturum eſſe. Priuſq; id faceret ſe ea ꝑmittere ut ſi quod ſeu uiſ ſeu auxilium ſe habere ad eoſ libroſ repetendoſ exiſtimaret exprimeret. integra ſua gratia eum facturum conſulibuſ rogandiſ fuere. Creati. P. cornelius lentulus. M. bebius tamphiluſ. Prætoreſ inde facti duo quum fabii maximuſ & buteo. T. claudius nero. Q. petiliuſ ſpurrinuſ. M. pinariuſ puſca. L. duronuſ. Iſ imito magiſtratu prouincijs ita ſorte euenerunt. Ligureſ conſulibuſ. prætoribuſ. T. petilio urbana. Q. fabio maximo & peregrina. Q. fabio buteoni gallia. T. claudio neroni ſicilia. M. pinario ſardinia. L. duronio apulia. Et hiſtri adiecti quod tarentinum brunduſinumq; infeſtabant mariti moſ agroſ infeſtoſ tranſmarinaꝝ nauium latrocinijſ eſſe. Eadem maſſilienſeſ de liguꝝ nauibuſ querebantur. Exercituſ inde decreti quatuor legioneſ conſulibuſ quinamilia ducenoſ romanoſ peditеſ trecenoſ haberent equiteſ & quindecimilia ſocium aclatini nominiſ octingentoſ equiteſ. In hiſpaniſ prorogatum ueteribuſ prætoribuſ imperium eſt cum exercitibuſ quoſ haberent. Et in ſupplementum decreta tria milia ciuium ducenti equiteſ & ſocium latini nominiſ ſex milia peditum trecentoſ equiteſ. Hec rei naualiſ cura omiſſa. Duumuiroſ in eam rem conſuleſ creare uiſi per quoſ naueſ uiginti deductæ naualibuſ ſociſ p.r. qui ſeruitute ſeruiſſent complerentur. Ingenui tantum ut iiſ præeſſent inter duumuiroſ ita diuiſa. Tuenda deinſ nauibuſ maritima ora ut promuntorium iiſ mineruæ uetus ut cadio in medio eſſet. Alter in dextram partem uſq; ad maſſiliam leuam alter uſq; ad barium tuerentur. Prodigia multa fere & romæ eo anno uiſa & nuntiata peregre. In area uulcani & concordiæ ſanguine pluit & pontifeſ haſtaſ motaſ nuntiauere & latini ſimulacrum unomiſ ſoſpitæ lacrimaſſe. Peſtilentia in agriſ foriſq; & conciliabuliſ & in urbe tanta erat ut libitina uix ſufficeret. Iſ prodigiiſ cladibuſq; anxii patreſ decreuerunt ut & conſuleſ quibuſ diuiſum eſſet hoſtiiſ maioribuſ ſacrificarent & decemuiri libroſ adirent. Eoꝝ decreto ſupplicatio circa omnia puluinaria romæ in diem unum indicta eſt. Iiſdem auctoribuſ & ſenatuſ conſulit & conſuleſ edixerunt ut per totam italiam triduum ſupplicatio & feriæ eſſent. Peſtilentiæ tanta uiſ erat ut cum propter defectionem corſoꝝ belliq; ab ilienſibuſ concitatum in ſardinia octomilia peditũ

ex socijs latini nominis ire placuisse & trecentos equites quos .M. pinarius prætor in sardiniam traiceret tantum hominum demortuum esse tantum ubiq; egrotare consules re nunciauerunt ut is numerus effici militum non potuerit . Quod deerat militum sumere á .C.N. bebio proconsule qui pisis hibernabat ussius prætor atq; in sardiniam traicere . L. duronio prætori cui prouincia apulia uenerat obiecta de bachanalibus quæstio est cu ius residua quædam uelut semina ex prioribus malis iam priore anno apparuerant Sed magis inchoatæ apud .T. pupium prætorem quæstiones erant q̃ ad extremum ullæ perductæ . Id persecare nouum prætorem ne serperent iterum latius patres usserunt & legem de ambitu consules ex auctoritate senatus introduxerunt . Regum eumenes & ariarathis & cappadocis & pharnacis pontici nec ultra quicq̃ ius responsum est q̃ mis suros qui de controuersiis eor cognoscerent statuerentq; lacedemonior deinde exulũ & acheor legati introducti sunt & spes data exulibus est scripturum senatum acheis ut restituerentur . Achæi de messene recepta composituq; ibi rebus cum assensu patrum exposuerunt & á philippo rege macedonum duo legati uenerunt pholocles & appelles nulla sup re quæ petenda ab senatu esset . Speculatum magis inquisitumq; missi de is quor perseus demetrium insimulasset sermonum cum romanis maxime tum quinto aduersus fratrẽ de regno habitor . hos tanq̃ medios nec in alterius fauorem inclinatos miserat rex . Erant autem & ii ipsi fraudis in fratrem ministri & participes . Demetrius omnium præter q̃ fraterno scelere quod nuper eruperat ignarus primo neq; magnam nec ullam spem habebat patrem sibi placari posse . Minus deinde in dies patris animo fidebat cum obsideri aures á fratre cerneret . Itaq; circumspiciens dicta factaq; sua ne huius suspitiosis egeret maxime ab omni mentione & cogitatione romanor abstinebat ut neq; scribi uellet quia hoc precipue criminum genere exasperari animum sentiebat . Philippus simul ne otio miles deterior fieret simul auertendæ suspitionis causa quicq̃ á se agitari de romano bello stabos peoniæ exercitu in macedoniam ducere pergit . Cupido eum ceperat in uertice hemi montis ascendendi quia uulgatæ opinioni crederat ponticum simul & hadriaticum mare & histricum amnem & alpes conspici posse subiecta oculis . Ea haud parum sibi momenti futura ad cogitationem romani belli . Percontatus regionis peritos de ascensu hemi cum satis inter omnes constaret exercitui uiam non esse patulam & expeditis per difficilimum aditum ut sermone familiari minorem filium permulceret quem statuerat non ducere secum primum quærit abeo cum tanta difficultas itineris proponatur utrum perseuerandum sit in cepto an abstinendum . Supergat tamen ire obliuisci non posse antigoni qui sæua tempestate iactatus secum suos omnes habuisse & præcepisse liberis dicerentur ut & ipsi memĩissent & ita posteris prodirent ne quis cum tota gente simul in rebus dubiis periclitari auderet . Memorem ergo se precepti eius duos simul filios non cõmissurum in aleam eius qui proponeretur casus . Et quoniam maiorem filium secum duceret minorem ad subsidia spei & custodiam regni remissurum in macedoniam esse . Non fallebat demetrium ablegari se ne adesset consilio cum in conspe

etu locoꝝ consultaret quæ proxime uenera ad mare adriaticum atq; italiam ducerent
quæq; ratio belli futura essẽt. Sed non solum parendum patri tutum sed etiam assentiendũ
erat ne inuitum parere suspitionem faceret. Vt tamen uter & utrum in macedoniam es
set didas ex prætoribus regis unus qui peoniæ præerat iussus est prosequi eum cum modi
co præsidio. hunc quoq; perseus sicut plerosq; patris amicoꝝ ex quo haud cuiq̃ dubium esse
cœperit ad quem inclinato regis animo hereditas regni perueneret inter conuiuatos infratris
pernitiem habuit. In præsentia dat ei mandata ut per omne obsequium insinuaret se in q̃
maxime familiarem usum ac elicere omnia archana speculariq; abditos eius sensus posset.
Ita digreditur demetrius cum infestoribus q̃ si solus iret præsidius. Philippus medicam p̃ms
deinde solitudines interiacentes medicæ atq; hemo transgressus septimus demum castris ad
radices montis peruenit. Ibi unum moratus diem ad deligendos quos duceret secum tertio die
uter est ingressus. Modicus primo labor in imis collibus fuit q̃tum in altitudinem egrediebã
tur magis magisq; siluestria & pleraq; inuia loca ercupiebant. Peruenere deinde in tam opa
cum iter ut præ densitate arborꝝ immissorumq; aliorꝝ in alios ramorꝝ perspici cælum uix
posse. Vt uero uigis appropinquabant quod rarꝝ in aliis locis essẽt adeo omnia contecta
nebula ut haud secus q̃ nocturno tenere impedirentur. Tertio demum die ad uerticem
peruentum nihil uulgatæ opinioni degressi inde detraxerunt. Magis credo ne uanitas
ueteris ludibrio essẽt q̃ diuersa inter se maria montesq; & amnes ex uno loco conspici po
tuerunt. Vexati omnes & ante alios rex ipse quo grauior ætate erat difficultate uiæ est
Duabus arisibi iouiq; & soli sacratis cum immolassẽt. quatriduo ascenderat biduo est degres
sus. frigora nocturna maxime mouens quæ caniculæ ortui simlia brumalibus erant.
Multis per eos dies difficultatibus conflictatus nihilo lætiora in castris inuenit. Ibi summa
penuria erat. ut in regione quam omni parte solitudines clauderent. Itaq; unum tan
tum moratus diem quietis eorꝝ causa quos habuerat secum in tenere. Inde simili fugæ
in deuiletos trãscurrit. Soci erant. sed propter inopina haud secus q̃ hostium fines
macedones populati sunt. Rapiendo enim passim uillas primum deinde quosdam cua
stauerunt uicos. Non sine magno pudore regis cum sociorꝝ uoces nequiq̃ deos sociales no
menq; suum implorantes audire. Frumento inde sublato in medicam regressus urbem
quam petram appellant oppugnare est adortus. Ipse á campestri aditu castra posuit:
perseum filium cum modica manu circũmisit. ut ab superioribus locis urbem aggrederent
Opidani cum terror undiq; instaret obsidibus datis in præsentia dediderunt sese. Iidem
postq̃ exercitus recessit oblii obsidum relicta urbe in loca munita & montes refugerunt
Philippus omni genere laboris sine ullo effectu fatigatis militibus & fraude dide prætoris
auctis in filium suspitionibus in macedonibus rediit. Missus hic comes ut ante dictum
est cum simplicitate iuuenis incauti & sui haud immerito succensentis absentando in
dignandoq; & ipse uicem eius captaret in omnia ultro suam offerens operam fide data ar
chana eius elicuit. Fugam ad romanos demetrius meditabatur. Qui consilio aduitor dei
beneficio oblatus uidebatur peoniæ prætor per cuius prouinciam spem cœperat elabi tuto

posse. hoc consilium exemplo fratri prodit & actore eo indicatur patri. Literæ primum ad obsidentem allatæ perram sunt. Inde herodotus princeps. hic amicorum demetrii erat. in custodiam est coniectus. Et demetrius dissimulanter asseruari vultus. hæc super cætera tristem aduentum in macedoniam regi fecerunt. Monebant eum & præsentia crimina. Expectandos tamen quos ad explorandam omnia romam miserat censebat. Is anxius animi cum aliquot menses egisset tandem legati præmeditatis iam ante quæ ab roma renuntiarent uenerunt qui super cætera scelera falsas etiam literas signo adulterino. T. quintii signatas reddiderunt regi. Deprecatio in literis erat siquid adolescens cupiditate regni prolapsus secum egisset nihil eum aduersus suorum quenq; factorum. Neq; enim sese ullius impii consilii auctor futurus uideri posset. Hæc literæ fidem persei animmbus fecerunt. Itaq; herodotus extemplo diu excruciatus sine uindicta rei ullius in tormentis moritur. Demetrium scriba tribunos plebis adit. A tribunis ad senatum res est relecta. prætor eis iusiurandum dare paratum esse aiebat. libros eos legi seruariq; non oportere. Senatus censuit satis habendum quod prætor iusiurandum polliceretur. Libros primo quoq; tempore in comitio cremandos esse. prætium pro libris q̃um quinto pecunio prætori maioriq; parti tribunorum plebis uidereur domino soluendum esse. Id scriba non accepit. Libri in comitio ignea uictima iis in conspectu populi cremati sunt. Magnum bellum ea æstate coortum in hispania citeriore. Ad quinq; & triginta milia hominum q̃uum numq̃ ferme antea celtiberi comparauerunt. Q. fulvius flaccus eam obtinebat prouinciam. Is quia armare iuuentutem celtiberos audierat ipse q̃ta poterat a sociis auxilia contraxerat. Sed nequaq̃ numero militum hostem æquabat. Principio ueris exercitum in carpetaniam duxit & castra locauit ad oppidum eburam modico præsidio in urbe posito. Paucis post diebus celtiberi milia duo ferme inde sub colle posuerunt castra quos ubi adesse prætor romanus sensit. M. fulvium fratrem cum duabus turmis sociorum equitum ad castra hostium speculatum misit. vt uisera q̃ta essent. Pugna abstineretq; recuperetq; sese. si hostium equitatum exeuntem uidisset. Ita ut præceptum erat fecit. Per dies aliquot nihil ultra moui q̃ ut hæ duæ turmæ ostenderentur. Dein subducerentur ubi equitatus castris hostium procurrisset. Postremo & celtiberi omnibus simul copiis peditum equitumq; castris egressi acie decreta medio fere spatio inter bina castra constiterunt. Campus erat planus omnis & aptus pugnæ. Ibi steterc hispani hostes expectantes. Romanus suos intra uallum continuit per quatriduum continuum. Et illi eodem loco aciem instructam tenuerunt. Ab romanis nihil motum. Inde quieuere in castris celtiberi quia pugnæ copia non fiebat. Equites tantum in stationem egrediebantur ut parati essent. siquid ab hoste moueretur. Pene ad castra utriq; pabulatum & lignatum ibant. Neutri alteros impedientes. Prætor romanus ubi satis tot dies quiete credidit spem factam hosti nihil se priorem mouturum. L. acilium cum ala sinistra & sex milibus prouincialium auxiliorum circumire montem ubi qui ab tergo hostibus erat. Inde ubi clamorem audisset decurrere ad castra eorum. Noctu profecti sunt ne possent conspici. Flaccus luce prima. CN. scribonium prætectum socium ad uallum hostium cum equitibus extraordinariis sinistræ hali mittit. quos ubi

& propius accedere & plures q̄ solm erant celuberi conspexerunt omnis equi rapt⁹ ef
fundunt castris simul & peditibus ad excendum datum signum . Scribonius ubi præ
ceptum erat ubi primum fremitum equestrium audiit auertit equos & castra repe
tit . Eo effusius sequi hostes primo equites . mox & peditum acies aderat & haud dubia
spe castra eo die se oppugnaturos . Quingentos passus non plus á uallo aberant . Itaq; fla
ccus ubi satis abstractos eos á præsidio castrorq; suorq; ratus est intra uallum exercitu in
structo tribus partibus simul erumpit . Clamore nontantum ad ardorem excitandū
pugnæ sublato sed etiam ut qui in montibus erant exaudirent nec morati sunt quin
decurrerent sicut imperatum erat ad castra . Vbi quinq; milia armatorq; non amplius re
lictum erat præsidium . quos cum & panicus fuga & multitudo hostium & improuisa res
territos prope sine certamine capiuntur castra . Quæ pars maxime pugnantibus con
spicua poterat . iniecit aciebus ignem . Postremi celuberorq; qui in acie erant primi flamā
conspexere . Deinde p totam aciem uulgatum est castra amissa esse . & tum cum maxime
arderent unde illis terror inde romanis animus creuit . Iam clamor suorq; uincentium
accendebat . Iam ardentia hostium castra apparebant . Celuberi parumper incertis am
mis fluctuati sunt . Ceterq; postq̄ receptus pulsis nullus erat nec usq̄ nisi in certamine
spes prima cuiq; de integro capessunt pugnam . Acie media urgebantur acriter á quinta
legione aduersus leuum cornu in quo sinu generis prouincialia auxilia instruxisse roma
nos cernebant cum maiore fiducia inuolerunt signa . Iam prope erat ut sinistrum cor
nu pelleretur romanis ni septima legio successisset . Simul ab oppido eburra qui in præsi
dio relicti erant in medio ardore pugnæ aduenerunt . & aciebus ab tergo erat diu in
medio cæsi celuberi qui superant in omnes partes capessunt fugam . Equites hiparuo
in eos emissi magnam cædem edidere & tria & uiginti milia hostium eo ante occisa cap
ta quattuor milia & septingenti cum equis plus quingentis . Signa militaria octoagin
ta septem . Magna uictoria non tamen incruenta fuit . Romani milites de duabus
legionibus paulo plus ducentos socium latini nominis octingentos triginta externorum
auxiliarium marco ferme & quadraginta ceciderunt . Prætor in castra uictorem exer
citum reduxit . Aciebus manere in capto ab se castris iussit . Postero die spolia de hosti
bus lecta & pro contione donari quoq; insignis uirtutis fuerat . Sanctis deinde in oppi
dum eburam deductis p carperaniam ad contrebiam deductæ legiones . Ea urbe cir
cumsessa cum á celuberis auxilia accersissent moranibus iis non quia ipsi cunctati sūt
sed quia profectos domo inexplicabiles continuis imbribus uiæ & inflati amnes tenebāt
desperato auxilio suorq; in deditionem uenit . Flaccus quoq; tempestatibus fedis coa
ctus exercitum omnem in urbem introduxit . Celuberi qui domo profecti erant dedi
tionis ignari cum tandem superatis ubi primum remiserunt imbres ab omnibus cūtre
biam uenissent postq̄ nulla castra extra mœnia uiderunt aut in alteram partem trās
lata rati aut recessisse hostes p negligentiam effusi ad oppidum accesserunt . In eos dua
bus portis romanam eruptionē fecerunt & incompositos adortu fuderunt . Quæ res ad

117

resistendum eos & ad capessendam fugam impedit quod non uno agmine nec ad signa frequentes ueniebant. Eadem magnæ parti ad fugam salutem fuit. Sparsi enim toto passim campo se diffuderunt. Nec usq; confertos eos hostis circumuenit. Tamen ad duodecim milia sunt cæsa. Capta plus quinquemilibus hominum. equi quadringenti. Signa militaria sexaginta duo. Quidam latini qui é fuga domum se recipiebant alteri, agmen ueniẽtium celtiberoru, deditionem contrebiæ & suam cladem narrando auerterunt. Exemplo in uicos castellaq; sua omnes dilapsi. Flaccus á contrebia profectus per celtiberiam populabundus ducit legiones multa castella oppugnando. Nec maxima pars celtiberoru, in deditionem uenit. Hæc in citeriore hispania eo anno gesta & in ulteriore manlius prætor secunda aliquot prælia cum lusitanis fecit. Aquileia colonia latina eodem anno in agro gallorum est deducta. Triamilia peditum quinquagenta iugera centurionibus. Centena quadragena equites acceperunt. Tresuiri deduxerunt. P. cornelius scipio nasica cn. flamininus. L. manlius acidinus. Ædes duæ eo anno dedicatæ sunt. Vna ueneris ericinæ ad portam collinam. Dedicauit. L. portius. L. fuluius lucanus duumuir
Vota erat consule. L. porcio ligustino bello. Altera in foro holitorio pictatus. Eam ædem dedicauit. M. aculus glabrio duumuir. Statuamq; auratam quæ prima omnium in italia statua aurata est patris glabrionis posuit. Is erat qui ipse eam ædem uouerat quo die cum rege antiocho ad thermopylas depugnasset. Locauerat quidem ex. s. c.
Per eosdem dies quibus ædes eæ dedicatæ sunt. L. æmilius paulus proconsul ex liguribus ingaunis triumphauit. Transtulit coronas aureas quinque & uiginti. Nec præter ea quicq; auri argentiq; in eo triumpho latum. Captiui multi principes ligurum ante currum ducti. Eris tricenos militibus duuisit. Auxerunt eius triumphi famam legati ligurum pacem perpetuam orantes. Ira in animum induxisse ligurum gentem nulla unq; arma nisi imperata a. P. R. sumere. Responsum á. Q. fabio prætore est liguribus iussu senatus orationem eam non nouam liguribus esse. Mens ũ ut noua & orationi conueniens essẽt plurimum referre ad consules irent & quæ ab iis imperata essent facerent.
Nulli alii q; consulibus senatum creditum, esse sincera fide in pace ligures esse pax in liguribus fuit. In corsica pugnatum cum corsis. Ad duo milia eorum. M. pinarius prætor in acie occidit qua clade compulsi obsides dederunt & ceræ centũmilia pondo. Inde in sardiniam exercitus ductus & cum ilienses gente ne nunc quidem omni parte pacata secunda prælia facta. Carthaginiensibus eodem anno centum obsides reddit. Pacemq; cum iis. P. R. non ab se tantum sed ab rege etiam masinissa præstitit qui cum præsidio armato agrum qui in controuersia erat obtinebat. Quosam pronunciam consules habuerunt M. bebius communi causa romam reuocatus consules creauit. Appium postumium albinum luscum & cn. calpurnium pisonem. Prætores exinde facti. T. sempronius gracchus L. postumius albinus. P. cornelius mamertus. T. minucius mollicullus. A. hostilius mancinus. cn. meuius. Hi omnes magistratum idibus martiis inierunt. Principio eius anni quo appius postumius albinus & cn. calpurnius piso consules fuerunt. ab appio postumio

consule in senatum introducti qui ex hispania citeriore venerant á. Q. flacco. L. minu
tius legatus & duo tribum milium. T. meuius &. L. terentius massiliota. Hic cum duo
secunda prelia deditionem celtiberiæ confectam prouinciam nunciassent nec stipen
dio quod mitti soleret nec frumento portato ad exercitum in eum annum opus esse
peterunt ab senatu primum ob res bene gestas ut diis ĩmortalibus honos haberetur. De
inde ut. L. fuluio decedenti de prouincia deportare inde exercitum cuius forti opera
& ipse & multi ante eum prætores usi essent liceret. quod fieri præter q̃ quod ita deberet
etiam prope necessarium esset. Ita enim obstinatos esse milites ut non ultra retineri posse
in prouincia uiderentur inuisq; unde abituri essent si non dimitterentur. aut in pernino
sam siquis impense retineret seditionem excarsuri. Consulibus ambobus prouinciam esse li
gures senatus iussit. Prætores inde sortiti sunt. Appio hostilio urbana. T. minutio peregri
na euenit. P. cornelio sicilia. cn. mevio sardinia. hispanias sortiti. L. postumius citeriorem
T. sempronius ulteriorem. Si qua successurus. Q. fuluio erat ne uetere exercitu prouincia
spoliaretur. Quæro inquit de te. L. minuti cum confectam prouinciam nunties existi
mesne celtiberos perpetuo in fide mansuros ita ut sine exercitu ea prouincia obtineri pos
sit. Si neq; de fide barbarorũ quicq̃ recipere aut affirmare nobis potes & habendum illic
ullum exercitum censes utrum tandem auctor senatui sis supplementum in hispaniam mi
ttendi ut ú modo quibus emerita stipendia sint milites dimittantur ueteribus militibus ra
tiones immisceantur. An deductis de prouincia ueteribus legionibus nouas conscribendi &
mittendi? Cum contemptum tirocinium etiam minores barbaros excitare ad rebellandũ
possit. Dictu q̃ re facilius sit prouinciam ingenio ferocem rebellatricem confecisse. Pauce
quidem cuitates ut quidem ego audio quas uicina maxime hiberna premebant. In uis
ditionemq; uenerunt. Vlteriores in armis sunt quæ cum ita sint ego tam hic prædico
P. C. me exercitu eo qui nunc est. R. P. administraturum. Si deducat secum flaccus legiones
loca pacata ad hibernacula electurum. Neq; nouum militem ferocissimo hosti obiecturum.
Legatus ad ea quæ interrogatus erat respondit se neq; quenq̃ aliud diuinare posse quid
in animo celtiberi haberent aut porro habituri essent. Itaq; negare non posse quin rectius
sit etiam ad pacatos barbaros nondum satis assuetos imperio exercitum mitti. Nouo autem
an ut uetere exercitu possit tutius esse dicere quis possit qua fide celtiberi in pace mansu
ri sint simul & qui illis exploratum habeat quietiores milites si diutius in prouincia reti
neantur? Si ex eo quod aut inter se loquantur aut clamoribus apud contionantem im
peratorem significent quid sentiant coniecturandum sit palam uociferatos esse aut im
peratorem in prouinciam reuenturos aut cum eo in italiam uenturos esse. Discepationẽ
inter prætorem legatumq; relatio interrupit quia suas ornari prouincias q̃ de præto
ris exercitu agerentur æquum censebant. Nouus omnis exercitus consulibus est decretus
Binæ legiones romanæ cum suo equitatu & socium latini nominis quartus semper
numerus quindecim milia peditum octingenti equites. Cum hoc exercitu apuani
ligutibus ut inferrent bellum mandatum est. P. cornelio & M. bebio prorogatum



118

imperium. Iussiq; prouincias obtinere donec eo consules uenissent. Tum imperatum ut dimisso quem haberent exercitu reuerterentur romam. De. T. sempronio deinde exercitu actum est
Nouam legionem ex quinquemilium & ducentorum peditum cum equitibus quadringentis consu
les scribere iussi & praeterea ciuium romanorum quinquaginta equites. & socius nomine latino
imperari septem milia peditum trecentos equites. Cum hoc exercitu. T. sempronium ire in hi
spaniam placuit citeriorem. Q. fuluio permissum ut qui milites ante sempronium postu
mium consulem. Q. martium eo cuies romani socii ue in hispaniam transportari essent. & prae
terea supplemento adducto quo amplius duabus legionibus q̄ decem milia & quadringenti pe
dites sexcenti equites essent & socium latini nominis duodecim milia sexcenti equites quor
um opera aduersus celtiberos praeditus. Q. fuluius esset quos si uideretur secum deportaret
Et supplicationes decretae quod is prospere. R. P. gessisset. Et ceteri praetores in prouincias
Q. fabio buteoni prorogatum in galliam imperium est. Octo legiones praeter exercitum
ueterem qui in liguribus in spe propinqua missionis erant eo anno esse placuit. Et ipse exer
citus egre explebatur propter pestilentiam quae terrum iam annum urbem romanam atq;
italiam uastabat. Praetor. T. minucius & haud ita multo post consul. CN. calpurnius mor
itur. Multiq; alii omnium ordinum illustres uiri. Postremo prodigii loco ea cladis haberi
coepta est. CN. seruilius pontifex maximus piacula ire deum conquirere. Iussi decemuiri
libros inspicere. Consul apollini aesculapio salutis dona uouere & dare signa inaurata
quae uouit deduq;. Decemuiri supplicationem in biduum ualitudinis causa & per omnia
fora conciliabulaq; edixerunt.

T. LIVII DE BELLO MACEDONICO LIBER VLTIMVS EXPLICIT LEGE
FELICITER.

IOANNES ARRETINVS IDIBVS IANVARIIS. A. D. M. CCCCXII. HVNC
LIBRVM ABSOLVIT. COSMO DE MEDICIS IOANNIS. F.

R. BIBLIOTECA MED. LAV. FIRENZE
203364

R. BIBLIOTECA REALE FIRENZE